



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>



EX LIBRIS  
LUCIANI DE CONTAGNET  
CANONICI.


H 621/16



*C*  
*8*

# GLORIA MESSANENSIVM

*Proc. admod. Pri. Gall. bellicae. Provi.  
Donat. Auctoris.*



*Bele idan...*

1919

...

*Regii scriptalis 1771 Neapoli Inter.*

# GLORIA MESSANENSIVM SIVE

DE EPISTOLA DEIPARÆ VIRGINIS  
SCRIPTA AD MESSAMENSES

## DISSSERTATIO

In Duos Libros Distributa

IN ALTERO ANTIQVA TRADITIO ECCLESIAE MESSANENSIS  
STATVITVR

IN ALTERO ANONYMI ARISTARCHI OBIECTIS  
RESPONDETVR

INNOCENTIO X. PONT. OPT. MAX.

D. D.

AUCTORE

PAVLO BELLI SOCIETATIS IESV  
MESSANENSE

ACCESIT ELOGIVM CONSTANTINI EASCARIS VIRI ERVDITI  
de eadem Epistola benemeriti

BREVIARIVM PEREGRINATIONVM S. PAVLI APOSTOLI  
à quo Messanenses Christi Fidem, eiusq; Sanctæ Matris Protectionem agnoscunt.  
per Epistolam promissam.



BIBLIOTHEQUE S. J.  
Les Fontaines  
48 - CHANTILLY

MESSANAE, Typis Hæredum Petri Breæ.  
*Superiorum Permissu.*

M. DC. XXXVII.

GLORIOSA DICTA SVNT DE TE  
M E S S A N A

CIVITAS VIRGINIS

Q V A M  
PAVLVS CHRISTO PARTVRIT.  
PETRVS IN FIDE CONFIRMAT.

A M B O  
ASSISTVNT TVI INTERCESSORES

APVD DEI MATREM.

M A R I A V I R G O

PROPRIO CHIROGRAPHO

SALVTAT, BENEDICIT,

COMMENDAT

E T


PERPETVAM POLLICETVNI

PROTECTIONEM.





GLORIA MESSANENSIVM  
*SIVE*  
De Epistola Deiparae Virginis scripta ad Messanenses.  
DISSERTATIO  
INNOCENTIO. X. PONT. OPT. MAX.  
D.D.




INNOCENTIO X.

PONT. OPT. MAX.

A DEO DEIQUE PARENTE

FOELICITATEM BONAM




AVD equidem existimaui, Beatiss. Pater, Dissertationem, quam pro Epistola Deiparæ ad Messanenenses, hoc est pro veritate, & Pietate, tuenda cucubraueram, potuisse, me fidentius offerre Sanctitatis tuæ pedibus; ut esset aliquid meæ in-

Te obseruantia argumentum, quàm si Virginali, & omni acceptione dignæ Epistolæ meæ hæc veluti pedisequa ancillaretur. Et utramq; de more veteri Syrorum tuæ Columbæ fidei, sub eiusq; tutelæ alis Tibi deferendam committerem. Certus ab amica, & familiari non fulminis, non gladijs, sed amorum, pacisque ministra Alite oblatum munus non futurum ingratum; & quidquid à Virgine, seu de Virgine esset, gratissimum futurum. Et cur non maxime gratum, quod ab amata Virginis Vrbe ad amantem Virginis Pontificem veniret? Nimirum hoc foelici

videntur nati Sidere Innocentij, vt eius, quæ ipsa  
INNOCENTIA est, sint & Cliētes, & Patroni (qui  
legit historias intelligit) Mitto cœteros. Tu mihi  
omnium instar. Vtrumque inte amat Virgo; agno-  
scunt Virginis amantes; Nec ipse dissimulas, qui  
Pontifex renunciatus SS. Virginem tanquam tui  
Pontificatus Tesseram, & in luce, & in manu om-  
nium extulisti cum epigraphæ. SPES NOSTRA.  
Inde mihi animus, vt quem, ad Dei Matris cultum,  
promouendum, libellum conscripseram, tuo nomi-  
ni consecrarem. Hunc Tu, quæ tua est erga Virgi-  
nem affectio (nam Virginis res agitur) Excipe, ap-  
proba, foue, fouebis Religionem, quam Pontifices  
Decessores tui Paulus V. & Urbanus VIII. datis  
piacularibus Indulgentijs anniuersario sacræ huius  
Epistolæ festo fouere voluerunt. approbabis, quod  
ipsa Virgo. Cœlo apertis miraculis approbare visa  
est. Excipies piam, veteremq; Traditionem, quam  
Auctores plurimi docti, & pij amplexi sunt; quamq;  
vel ipsa Calumnia certiolem, clariolem, nobilio-  
remque Orbi reddidit. Vale, foelixque diu viue. Sic  
opto, sic voueo.

Sanctitatis Tuæ.

*Humill. f. in Christo seruus*  
Paulus Belli Soc. Iesu.



ILLVSTRISSIMIS

VRBIS MESSANAE  
SENATORIBVS.

D. Thomæ Marquet. D. Ioseph Romeo. D. Placido  
Marulo. Thomæ Istaglia. D. Octauio Secusio  
Regio Secreto. Petro Pellegrino.

D. IOANNES HIERONYMVS SALVAGO.



*MARIAE sumus in Fide, Tutelaque singu-  
lari quicumque tellure procreamur Mamerti-  
na, Senatores Illustrissimi. Quis tanto non  
viuat Securus Praesidio? Huius Fides, Tute-  
laque pignus certissimum habemus à MARIAE  
manu scriptam Epistolam. Quis tanto diues the-  
saurο non exultet? Ingens fuit Hieronymo gla-  
ria, Epistolam apud se habuisse martyris Pam-  
pbili. Qua Messana Gloria à Dei Matre, dum viueret, Epistolam  
accepisse? Ecquam Deus bone! Epistolam? quam Caelum ipsum  
reueretur, Terra inuidet. Epistolam, qua, dum Messanensium  
commendat Fidem, suam, & ipsa erga Messanenses omnes obligat  
Fidem, Patrociniumque pollicetur, & Maternam benedictionem  
imper.*

*impertit . Epistolam , cuius quot sunt verba , tot sunt Oracula . sic illa ,  
 Ob quod vos , & ipsam Ciuitatem benedicimus , cuius perpetuam  
 protectricem Nos esse volumus . an non Oracula , dixerim ,  
 quae ab Ostio Spiritus Sancti , ut eam appellat Rupertus Abbas veneret  
 Oracula profudisse cum haec scriberet , non Verba dedisse . contestantur  
 inde illustria secuta miracula in Messana protegenda , siue cum bello , siue  
 me , pestilentia luctandum illi fuit ; siue aliqua publica calamitate im-  
 pendente . Ego verò illud omnium maximum Mariane Protectionis  
 argumentum semper existimaui : & mecum , opinor , sentient aequi re-  
 num aestimatores , Messanam , M A R I A Patrona , vel sub Barba-  
 rorum dominatu seruam , vel sub aliorum Regum imperio , excussa  
 seruitute , liberam Deo , suisque legitimis Principibus semel datam  
 Fidem , semper inculpatam , inuiolatamque obseruasse . Non est hic  
 locus in memoriam reuocandi , quae sub Romanis ; Graecisque Imperato-  
 ribus pro Fide tuenda erga Deum , & Homines illa gesserit armis , auro ,  
 sanguine . Ex quo iure merito sibi Fidelissima Urbis titulum promeruit ,  
 ac comparauit . Praesens hic vestri Magistratus annus , laboriosissimus ille  
 quidem vobis aequus atque gloriosissimus , eorum , quae dico , locuples testis  
 sit . Vidimus vilissimorum capitum insolentia totam fere Siciliam ,  
 ut olim Seruilibus bellis , conturbatam , & nutantem , sed vestra praesertim  
 fidelitate , constantia , exemploque , ut & olim firmatam . Vidi-  
 mus facinorosorum quorundam audacia feru nostris ceruicibus inten-  
 tentatum , sed Vestra solertia , & vigilantia repressum . Vidimus  
 subita fame ( hominum , an temporum nequitia ? ) suborta de nostrum  
 omnium vita iam fuisse conclamatum , sed quae fuit vestra sollicitudo ,  
 & Prouidentia , respirauimus . Erraui Optimi Senatores , date mihi  
 veniam , obsecro : erraui , dum vobis adscribo , quae vestra non fuere ,  
 quamuis in immortalem vestri nominis gloriam ea cessura videam .  
 Cum potius haec fuerint Mariani Patrocini beneficia , ac proinde illi , non  
 vobis adscribenda .*

*Ille tantarum calamitatum praescia , nec suae obligatae Fidei erga  
 Messanam immemor . Vos tam luctuosis temporibus in Senatores elegit ,  
 qui Reipub. clauo insidentes impotentibus fluctibus obsistere , tempesta-  
 tes declinare , vitamque Ciuium tueri tam nauiter sciretis . Illa vo-  
 bis tantam animorum inter vos conspirationem suppeditauit , qua ve-  
 strarum rerum obliui , pro communi salute vitam , fortunaque vestras  
 profundere non dubitaretis . Illa denique sui Administratos vos esse voluit ,  
 quorum sapientia , & industria suae Fidei concreditam Urbem serua-  
 ret*

ret incolumem. Et vero (quæ uestra fuit modestia, & Religio) vos ipsi de uobis ipsis in re tanti momenti minus fidentes, ea omnia **MARIAE** Patronæ, quæ supplicando, quæ gratias referendo, tribuistis identidem illud occinentes. Nisi Domina custodierit Ciuitatem, frustra uigilat, qui custodit eam. Et erit, qui in hac animum, oculosq; intendens, non Messanam sub **MARIAE** Patrocinio esse fateatur? Et erit, qui post hac de certitudine eius Sacræ Epistolæ ambigat, qui certitudinem promissæ per Epistolam Patrocinij manu contrectat? Potuit sane illa prototypa, & a manu Virgine exarata Epistola inter tot Siciliae motus, & rerum vicissitudines, ita Deo permittente, cum alijs sacris monumentis deperdi; at non potuit ea, quæ semper extitit, extabitq; in Messanensium inscripta præcordijs, aboleri, quin uiuat, uicturaq; sit immortalis. Vnam tamen illius memoriam seruauit Patrum in Filios transmissa Traditio. Tum Pietas populorum, scriptorum Auctoritas, Cælum ipsum clarissimis miraculis. Romana denique Ecclesia ueritatis Pietatisq; nutrix, & magistra custodit, & fouet. Quæ omnia siue validis coniectationibus, & rationibus confirmando, siue obiectis satisfaciendo complexus est inter alios R. P. Paulus Belli Societatis **IESV** erudita Dissertatione, cui titulus **GLORIA MESSANENSIVM**. eamque **INNOCENTIO X.** Pont. Opt. Max. Deipara, Messanaeq; studioso obtulit, nec sine aliqua benigni animi significatione erga Messanensium Pietatē excepta est. Ego illam (quando eius in lucem euulgatio à uobis mihi demandata est) uostro nomini consecro: ut gloriosus, & uere aureus hic **Vestri Magistratus** non tam annus, quam annulus hac ueluti gemma, quæ Messanensium gloriam insculptam præsert, gloriose claudatur.

Valete.

Senatores Optimi, & uere Patriæ Patres.




**TY-**



# TYPOGRAPHVS LECTORI



NON abs re à me factum, amicè Lector,  
nec à tua in Deiparam pietate alienum  
putabis, si pro huius Operis coronide,  
& Sacræ Virginalis Epistolæ decore, ad-  
dam Poetæ non vulgaris Carmen operosum, &  
longum, sed ingeniosum, & elegans ex Iambis puris  
supra quingentos; in quo foelici vena Deiparæ erga  
Vrbem Messanam; Urbis Messanæ erga Deiparam;  
& suum erga vtramque studium erudite profequi-  
tur, sequiturque volatu pari volantem per cœlum  
Columbam Panphiliam, deferentemq; Epistolam  
Virgineam ad INNOCENTIVM X. Pont Max.  
Dum legis hæc expecta Epicum Poema alterius  
Poetæ celebris Itali Francisci Bracciolini, qui In-  
scribitur. la Sagra Lettera.









**O**, *Quae belligero, furente & æstro  
Longam emensa viam redis ab Orbe,  
Ales Pampilia. at labore casso,  
Pacem Principibus ferens, rogansque;  
Pacem non referens. Ita obstinatis  
Concertant animis: nec heu! mijelli  
Suas in propriam manus ruinam  
Obarmassè vident; & immerentum  
Certo pectora deuouere letho.*

*Zancla ubi satis otij, & quietis  
Datum littoribus; tuumq; anhelas  
Redire ad Dominum, graue haud tibi sit,  
Tabellaria fida litterarum,  
Gemellam hanc mihi Epistolam gemella  
Sub ala religatam eò referre,  
Vbi purpureo Patrum Senatu,  
Et septus caput aurea thiara  
INNOCENTIVS ille maximorum  
Maximus sedet; atque Vaticana  
Præst Arce Vicarius Tonantis.*

*Vt ut Te excipiet diu expetitam  
Latanti ore, manuque blandiente,  
Fouebitque sinu! Rogabit ille:  
Ecquid fers mihi Epistolarum? & unde?  
Dices, seposito virente ramo,  
Sacratumque prius pedem osculata,  
Quam dextra fero Epistolam sub ala  
Constans fama refert Deiparentem  
Messanensibus olim eam dedisse,  
Quos Paulus Iubar, & Magister Orbis  
Deo parturijt, Deique Matri.*

*Ad nomen sibi amicum amica flectes  
Statim iumina. melle dulciores  
Notas dum releget (scio INNOCENTI  
Visuat quantum in amore Virgo) chartam*


*Pectori*

*Pectori apprimet, osculabiturque.  
Hanc ad Te, superadde, Zancla mittit,  
Zancla Virgini amata, Virginiſque  
Amans. Hæc eadem Tibi, tuæque  
Tutele, fideique ſeque, & illam  
Committit, bonus aspice, atque utramque  
Ut res Virgineas foue, faueque.*

*Alteram ſed Epistolam, ſiniſtra  
Ala quam tegis, ad pedes repono.  
Illa eſt ſupplicis, inquires, rogantis  
A Te de Sacra Epistola libellum  
Admitti ſolita benignitate,  
Tante, quem Pietas, Amorque Matris  
Dictauit, Studiumque Veritatis.  
Ille, ſe ut MARIAE dedit, dicauit;  
Idem ſe Tibi deuouet, dicatque.*

*Dixi, quæ volui, eloquentior ſed  
Tu plura adde, nec amplius morabor.  
Vade, æge, aliis ouantibus. Sequar Te  
Voto pro meritis Heri, tuiſque  
Condigno ſatis. Aetheris ſuperni  
(Vbi virgineas comas coronant  
Aſtra; ſol tegit, obſequentem luna.)  
Potens Diua faue, ratumque habeto.*

*Sis fœlix, præcor, ò, diuque viue,  
Et Cælo, & Solo amabilis Columba,  
Annos Neſtoreos, Noeticosque:  
Donec Te reducem, Orbe iam quieto,  
Pacatoque, Noemus ille magnus  
Ore ſymbola Pacis efferentem  
Dextera excipiat; nec exituram.  
Cæli in Siderea recondat Arca.*



HIERONYMI PETRVCII  
CAMERTIS  
ESOC. IESV

In Columbam Pamphiliam Tabellariam  
EPISTOLAE B. VIRGINIS

AD  
INNOCENTIVM X.  
PONTIF. MAX.

PRO DISSERTATIONE PAULI BELLI EIVSDEM SOC.  
*de eadem Epistola.*

IAMBICI PVRI.



*Columba Virgo, quam fidele Celitum  
Coronat Agmen Alitum; beatior  
Amans amantis est Columba Numinis.  
Nec una Virgo, sed Magistra Virginis  
Columba, Numen est, & ales Halitus*

*Duorum, & Aura, amantiumq; Spiritus;  
Patremq; Filiumq; coniugans Amor  
Columba amantium est, Columba, & osculum.  
Amantium haec Columba, candidissima*

10 *Simillimamq; Virginem Deo, flagrans  
Amavit, & volavit ad Simillimam*

Vna est  
Columba  
mea. cāti-  
cor. 6. de  
Virg. di-  
ctū est.

Spiritus  
sāctus Co-  
lumba:  
Venit, ac  
superue-  
nit in Vir-  
ginem, ac  
verbum  
tulit.

Pu-

Verbum  
æterni Pa-  
ris Episto-  
la est.

Eius scrini-  
um Virgo.

Epistola  
Virginis  
instar ver-  
bi.

Pelorida  
Messanē-  
ses. Pello-  
ris ora, &  
ora Pello-  
ritana Si-  
ciliæ Pars.  
Maria mit-  
tit ad Mes-  
sanēses E-  
pistolam.

Epistolæ  
qui chara-  
cteres?

Epistolæ  
Marianæ.

Quæ pa-  
gina?

Quod  
atramētū?

Pergame-  
na Mariæ  
scribentis.

- Pudore, Sanctitate, Pulchritudine,  
Amoris igne, moribusq; Virginem.  
Inanis haud volavit. Illa filium*
- 15 *Deo e Parente, Virgini in Sinum tulit  
Columba litterata. Namq; Verbum amans,  
Grauemq; Verbo Epistolam e Polo tulit.  
Columba Virgo quale, Tu, Sacrarium es?  
Et hospitantis Aula quanta Numinis?*
- 20 *Epistoleq; virginalis scrinium?  
An huius instar exarabis alteram  
Peloridisq; Zanclieq; Ciuibus  
Epistolam, Patronæ amantis indicem,  
Vadem, Benignitatis, & potissimè*
- 25 *Beatitatis, & salutis obsidem?  
Io salutis exarata littera est:  
Notis, Io, ter aureis, Io, Io.  
Manu salutis exarata littera est.  
Valete, vos, superba solis atria,*
- 30 *Vieq; lactis, Hesperiq; limina:  
Apellis illa lineata ductibus,  
Serenitatis, Iridisq; lumina:  
Valete lecta semper, & legentibus  
Ineuoluta Siderum volumina:*
- 35 *Valete: Virginalis una linea  
Præit nitore vulgus omne siderum.  
Maria scribit. Aduolate Cælites:  
Poli patentis explicare paginam.  
Maria scribit. Astra quid moramini*
- 40 *Papyrus esse, vel tabella Virginis?  
Maria scribit. Ater i procul liquor:  
Papyri in arua Siderum iubar fluat:  
Nigrante proq; sepia rosas tuas,  
Tuoq; sol ab ore funde Purpuram.*
- 45 *Maria scribit. E mari recondita  
Vt exarere, Margarita non volas?  
Maria scribit. O notanda litteris  
Beata Corda, Pergamena si forent?  
Inusta Corda Virginali Imagine,*

Erant

- 50 Erunt *Marie Imago*: quid *superbius*?  
*Arata Corda, Virginis stylo, & manu,*  
*Marie erunt Tabella quid beatus?*  
*Maria scribit. illa scilicet manus,*  
*Diserta lingua cuius e Polo Deum*
- 55 *Trahitq; Contrahitq; parvulum in librum:*  
*Quid illa scribet? illa quod solet manus:*  
*Volumen intra Epistole breuissimis*  
*Deum plicare; & implicare lineis:*  
*Quod egit ante lingua, nunc agit Manus.*
- 60 *Epistolam exaravit, atque missilem*  
*Plicavit, implicavit in libro Deum*  
*Marie an illa Virginialis? an Dei*  
*Ter Alma, Ter Beata, Ter Potens Manus?*  
*An utriusq; sic opinor. est enim*
- 65 *Manu in Marie amabili Dei manus.*  
*Tibi ò Pelori pulcha, si qua mittitur,*  
*Ab utriusque? scribitur manu salus.*  
*Salus ne sola scribitur? Parum est salus:*  
*Parens salutis ipsa Virgo mittitur:*
- 70 *Deus, salusq; cum Parente mittitur.*  
*At illa quanta? quamq; ponderosa? qua*  
*Deumq; Virginemq; fert; Epistola?*  
*Ab Vrbe Pacis, & Sionis Arcibus*  
*Peloridum Senatui quis Alitum?*
- 75 *Quis ò Deumq; Virginemq; perferet?*  
*Volucris ulla ferre que potis Deum?*  
*Mare ipsa grande munerum, Gigantibus*  
*Ferenda Virgo pondus est gravissimum.*  
*Deumq; Virginemq; ferro quis queat?*
- 80 *Maria scribit. Ales ergo qua solet*  
*Ferat Columba litterata litteram?*  
*Columba Numen, & Magistra Virginis,*  
*Deum Columba, Virginemq; perferat.*  
*Per impotentis inuias freti vias,*
- 85 *Per intonata fulmina, & Poli minas,*  
*Manu potentis exarata Virginis*  
*Volat Columba in oseculis Epistola.*

Marie  
scribentis  
manus.

Cū eiusdē  
lingua cō  
fertur.

In Mariæ  
Manu Dei  
Manus.

Epistolæ  
Marianæ  
Pondus.

Qui Ta-  
bellarius?

Columba  
Virginialis  
Epistolæ  
tabellaria.

Iter volā-  
tis.

\*\*\*

Volat

*Volat: volabat illa ut Orbe naufrago  
Gerens virentem oliuæ in ore ramulum*

90 *Columba, in Arcam Alumna cum redux fuit:*

*Columbæ & aura, & ore ouantis Iridis*

*Renatus Orbis enatauit equore:*

*Ferens sigilla, Virginisq; litteras*

*Columba Virginalis haud secus volat*

95 *Triquetra in os, Peloridumq; in oscula.*

*Reclinis at niuale, & igneum caput*

*Adesse sentit Aethna Celsa Virginem,*

*Et ore, & igne letiore murmurans,*

*Adesse Numen innocenter insonat.*

Mons  
Actna.

100 *Adorat Hybla Epistolam, & comantibus*

*Maritat, & coronat arua floribus:*

*Columba quaq; prouolat, celerximam*

*Odoribus volucris viam præst.*

*Perennitatis irrigata riuulis,*

105 *Amœnitatis educata solibus,*

*Quid Hybla lilieta fundit aurea?*

*Ligustra quid niualia, & rubens crocum?*

*Corusca quid rosata mille flammulis?*

*Amaracumq; Purpurasq; ventilat?*

110 *Quid ò Columbæ odoram inbalat aurulam?*

*Beata rore, balsamoq; Cœlitum,*

*Suis Columba diues est odoribus:*

*Amœna que rigauit unda Siderum,*

*Onusta terga lilijs fragrantibus,*

115 *Suum Columba Virginalis verba habet:*

*Gerens rubente in ore verba Virginis,*

*Columba in Ore Virginis rosas gerit.*

*Rosarum odore tacta Virginalium*

*Triquetra tota recreatur. Alitis*

120 *Superuolantis intuens imaginem*

*Carybdis ipsa, & ipsa Scilla mitior,*

*Tenerrimisq; ganniens latratibus*

*Columbæ adulat: ipsa gestientibus*

*Marina monstra blandiuntur artibus.*

charybdis  
Scilla.

Pharus.

125 *Furente semper Aeolo, & breui in specu,*

*Notoq;*

- Notoq; Circioq; præstantibus:  
 Flabris, aquisq; semper ingruentibus,  
 Salo, soloq; semper estuantibus,  
 Reciprocantiumq; mille vorticum  
 130 Fragoribus tumultuans vorax fretum,  
 Fretum perenne Navitis periculum  
 Inhospitale, perfidumq; Navibus  
 Reponit iram: amicat equor: aureo  
 Columba ab ore mutuatur Iridem,  
 135 Rebelliumq; fluctuum protervia  
 Quietis indit, otijq; compedes:  
 Sequax, amansq; Virgini sacrat vadum,  
 Fidemq; iurat, atque nauigantibus  
 Iter fidele sternit, & Tibi Pharus,  
 140 Mare & Maria, Virginalis dedicat.  
 Columba vix Peloridum fretum super  
 Et Urbis imminebat alta collibus,  
 Peloris ora cum reuulsa Collibus,  
 Sequaciumq; & ipsa turba Collium  
 145 Ad osculum Columba anhelat obuiam:  
 Epistoleq; Virginalis ad notas  
 (Columba in ore, litterisq; ceu loquens  
 Adesset ipsa Virgo) ad ora Virginis  
 Fretumq; & Urbis, & ipse Portus aduolat.  
 150 Ut explicata Epistola, & legentium  
 Et audientium profunda Ciuium  
 Imago Corda Virginalis impulit;  
 Liguata ab igne corda virginalibus  
 Fuere cera litteris: & omnium,  
 155 Amore Apelle lineante, Ciuium  
 Fuere Corda Imago viua Virginis.  
 Nec ipsa Imago Virginis; sed intimum  
 Recepta Virgo Ciuitatis in sinum est,  
 Sinumq; mille Cordium. Patentibus  
 160 Originalis illa mille Cordium  
 (Librarium ò fidele) mille Cordium  
 Stat exarata paginis Epistola.  
 Tabellionis exigis manum, & fidem?

Messana

Obuiam  
occurrit  
Epistolæ.

Describit  
in cordiū  
tabulis.

Epistolæ  
traditio.

Alte fixa  
Messanen  
sib<sup>9</sup> reuel-  
li non po-  
tett.

Atlas De-  
stina, idest  
columna,  
Lucilio,  
& Arno-  
bio dicitur.  
Messanen  
ses excitât  
Tēplum,  
Virgini  
nobilissi-  
mum in  
Area, in  
qua fue-  
rat Tēplū  
Orionis.

Tēpli ma-  
gnificētia  
maxima,  
sed minor  
amore fa-  
bricantiū.

- Amoris en Tabellionis ab stylo,*  
165 *Legenda Virgo mille Cordium in libris,*  
*Fibrisq; fixa pertinacibus sedet.*  
*Epistola exarata mille scrinijs,*  
*Columba litterata mille cordibus*  
*Stat una fixa, nec reflexa deuolat.*  
170 *Negabit Aethna flammæum rogam prius.*  
*Prius natabit arido in freto Thetis.*  
*Gelabit ignis: igneas gelu niues,*  
*Eous astra, Noctifer feret diem:*  
*Gigantum Erinny's auferet Polo facem:*  
175 *Prius reuulsa sedibus suis Humus*  
*Volans in astra fulminabit Aethera:*  
*Prius reflexa Mundi ab Axe sidera*  
*Premunt Salum, solumq; Destina prius*  
*Ruente Atblante Mundus in Chaos ruet:*  
180 *Pelorus euolabit e freto prius,*  
*Peloridumq; Vita de Sinu excidet,*  
*Maria quam Peloridum e sinu cadat.*  
*Peloridum calore quin rigentia*  
*Flagrare saxa virginalibus notis*  
185 *Triquetra vidit ? in Polum minantibus*  
*Recisa mille vidit e iugis iuga,*  
*Orionisq; vulsa templa funditus*  
*Volare a d excitanda Templa Virginis?*  
*Flagrantiore ab axe mille Siderum*  
190 *Coruscus igne, & ense vidit Orion*  
*Sacram volucre currere in Domum nemus;*  
*Tboliq; Regieq; in alta culmina.*  
*Amore uecta conuolare marmora*  
*Nouo flagrans & ipse amore (ni Cornis*  
195 *Amaret esse Stella Virginalibus)*  
*Volaret ipse fabricam in nouam lapis.*  
*Orionis sed ignibus quid est opus?*  
*Atblas ut alter. Herculesue califer,*  
*Ad ipsa sustinenda Templa Siderum,*  
200 *Subit columna vasta Templa centuplex,*  
*Athena Trabs, eburq; cui sedent onus,*

Labor

*Labor Gigantum, Amoris an fabri labor?  
 Maris Maria Sidus, & Soi Solus  
 Mari, Domoq; praesidet. Per ardua  
 205 Stat Urbis instar, Vrbe non minor Domus,  
 Epistole Sacrarium in Sinu fouens,  
 Superbiaq; Verticisq; molibus  
 Propinqua tangit astra: sed tamen breuis  
 Epistole amplitudine, & Peloridum,  
 210 Amore fabricantium est minor Domus.  
 Ita illa, semper inquieta martio  
 Fremore, tympanisq; laeta Ciuitas,  
 Cruore cedis inquinata, turpium  
 Sacrisq; semper impiata Numinum,  
 215 Inermis eruaita Pacis artibus,  
 Cor igne sanctioris iccta Numinis,  
 Mariae Amore obarsit, & flagrantibus  
 Mariae amantis expiata litteris,  
 Inominosa abominata Numina est:  
 220 Et Urbis illa septicollis Aemula,  
 Alumna Martis, est Alumna Virginis.  
 At Urbis Hospes, & Patrona Ciuium,  
 Frequentiore cin eta nube Caelitum,  
 Regenda ad astra Virgo qua volat, die  
 225 Memor Patrona Supplicum Clientium,  
 Peloridisq; dextera datae memor  
 Superuolat Columba tecta Ciuium,  
 Columba corda supplicum superuolat.  
 Treceno Atlantie machinosa Pyramis,  
 230 Polo inferenda fertur, & Polum refert:  
 Globosa septem in Aetbere hoc volumina  
 Iuuenta versat Ales: euibrantium  
 Chorea mille Siderum in globis volat.  
 Perennibus reciprocant rotatibus  
 235 Appollinisq; Cynthiaeque Vertices,  
 Amabiliq; praelio alterum alteri  
 Volat volumen obuium volumini  
 Citumq; Sidus obuij ora sideris  
 Salutat. An magister ille Caelitum,*

Mamerti-  
 ni à Ma-  
 uorte dic-  
 ti Antho-  
 re re:to. v-  
 ti Romani,  
 dedif-  
 cunt im-  
 pietatē I-  
 doloꝝ. &  
 à Virginis  
 Epistola  
 pietatē, ac  
 Religionē  
 addifcūt .

Virgo in-  
 celum at-  
 sūpta ce-  
 lebratur à  
 Mamerti-  
 nis.

Mauroli-  
 ci machi-  
 na, siue  
 septizoni-  
 um, ī quo  
 Virginis  
 efficit cor-  
 pus.

celestis in  
 machina  
 globi ro-  
 tantur ad-  
 uerfi.

**Cano.**

240 *Canorus astra musicam docens Amor,  
Rotator ille Siderum modos modis,  
GLOBOS GLOBIS REPERCVIT ROTAS ROTIS?*

Globos  
globis &c.  
per tuas tā  
tū quinq;  
voces alio  
& alio si-  
tu muta-  
tas ceteris  
viciesq; re-  
ciprocāt  
hic verius  
paritq; iā-  
bicos pu-  
ros 120.  
Virginale  
corpus in  
Machina.

Apostolo  
rū chorus

- 215 *Suo inuidenda Pyramis locat Sinu:  
Avara, quicquid inuidet Polus, locat:  
Locat, serena quicquid Aethra Siderum:  
Locat, beata quicquid Aula Cœlitum;  
Pudoris, & decoris omne flammeum,*
- 250 *Amoris omne, Gratiaeq; liliū,  
Honoris omne culmen in sinu locat.  
Quot astra sol pererrat, ut Polum regat;  
Tot ad canendum Apostoli in Choros volant:  
Poliq; virginalis ad Thronum frequens*
- 255 *Coronata quaterna, lecta Principum  
Marie in astra dulce Nomen integrat:  
Deoq; Virginiq; gratulatur, &  
Vapore Thuris, & vapore Cordium  
Dei Parentis, additum & Deo Thronum*
- 260 *Adorat, & coronat, & melos canit.  
Pererrat astra Corpus alta Virginis,  
Sedenti & astra sunt sedile Virgini!  
Nec altitudo summa Virgini sat est.  
Suo quod ipse prætulit Throno Deus,*
- 265 *In altiore Corpus haud Throno sedet.  
Amas at hic sedere Virgo, sed tuus  
Pudoris ille, Corporisque spiritus  
Tonantis in manu sedet. Dei manus  
Gerebat Orbis v̄sata pondera:*
- 270 *Data est Maria nunc gerenda. Nescio  
Quid orbe ponderosius gerit manus.  
Peloridis frequentibus Dei e manu  
Bene precatur Illa, que Dei manum,  
Deumq; versat, atq; dat precantibus.*
- 275 *Beatitatis, & salutis Arbiter,  
Parens Parentis, & Parentis Artifex  
Manu Mariam in aurea gerit Deus?*

Anima  
Virginis i  
christi ma-  
nu bene  
precat Ma-  
mertinis.

Solo,

- Solo, Poloq; nempe gratulantibus,  
 Suam ille magnus Artifex probat manum,  
 280 Suumq; pulcher Artifex opus probat.  
 Vt approbetur omnibus sua hoc recens  
 Manu decorus Artifex opus gerit.  
 Columba Pacis an virentis osculum  
 Oliuam in ore, Gratiaeq; symbolum,  
 285 Serenitatis, & salutis Iridem  
 Maria in ore gestat, & Columbulam  
 Noemus alter ardua in manu gerit?  
 Columbulæ Arca quæ datur? Peloridum  
 An Arca Ciuitas data est? Placet, placet  
 290 Peloris Arca, nidulusq; Virgini:  
 Columba Virgo nidus hic Tibi placet.  
 Vbi quieta nidulere gemmeum  
 Columba cerne nidulum Hic erit tui  
 Apellis Illa luculenta ductibus  
 295 Imago viua, viua Imago Virginis,  
 Imago Luca Apellis hic morabitur:  
 Nec illa sola, sed dicata Virgini,  
 Imaginiq; Virginiq; Ciuitas  
 Dicata prona, fixa demorabitur.  
 300 Vbi ipsa Gemma demorere gemmeum  
 Columba cerne nidulum. Haud niualium  
 Labore cella marmorum, haud laterculis  
 Nitet tibi sacellum: at indomabili  
 Riget columna multiplex laspide,  
 305 Topazio, smaragdo, Achate Parietes,  
 Simillimisq; Virgini unionibus.  
 Superbiunt: Pyropus igne fulgurat:  
 Frequentiumq; siderum rigenibus  
 Solum, lacunar, Ara fulget ignibus.  
 Maria ad Aram, Epistoleq; nidulum,  
 310 Sacrariumq; Si tributa gemmea  
 Erythra auara, auara se negat Tbetis;  
 Dolabit alta corda liberalitas:  
 Peloridum ipsa corda nexa cordibus  
 Erunt corona, & Ara viua Virgini.

Anima  
 Virginis  
 Colūba in  
 Nohemi  
 manu.  
 Huius Co  
 lūbæ Ar  
 ca.

Sacellum  
 ex gēnis  
 huius Co  
 lūbæ ni  
 dus.

Imago  
 Virginis à  
 Diuo Lu  
 ca depicta

Descriptio  
 Gemmei  
 facelli, in  
 quo, &  
 Messanen  
 sum cor  
 da sūt gē  
 mæ.

Do-

Capillus  
Beate Vir-  
ginis Me-  
lanēsum  
obligat  
corda.

Mitella fa-  
ciola est.

Virginalis  
Capilli Sa-  
cra Pōpa.

Ignes fe-  
sti per tri-  
noctium.

Supplica-  
tio Sena-  
tus, Popu-  
li; nume-  
rosissima.  
Capillo  
Virginis  
præeunte  
ad Eucha-  
ristie Cæ-  
leste con-  
uiuium  
euocatur.

315 Dolata corda quæ catena vinciet?

Tui, ò Columba, delicata, Verticis  
Tui ò Maria, Verticis Sacri iubar,  
Capillus ille, Rete dulce cordium,  
Peloridumq; grande Patrimonium,

320 Capillus astra qui ligat; Peloridum  
Capillus ille corda mille vinciet.

Deum, Polumq; qui reuinxit; omnium  
Capillus vnus est mitella fiderum:  
Capillus vnus est catena Cordium.

325 Capillus ille mancipata Virgini,  
Liquata corda fudit in cornicum,  
In vnicumq; Corda mille nidulum  
De Amoris igne cordibusq; rexit.

Tribus diebus ante, quam Peloridis

330 Dies in Axe vecta candidissimo  
Epistolamq; Virginemq; nunciet;

Peloris Vrbs beata, lucidissimo  
Capilli ab igne conflurat: Trinocium

Tubisq; Tympanisq; concipientibus

335 Capilli amore virginalis aestuat:

Relucet ora littoralis ignibus:

Propinquum ab igne Virginis flagrat mare:

Flagrat Maria ab igne tota Ciuitas,

Amoris altera Aetna, Amoris Ilios.

440 Capillus ille flamma mille fiderum,  
Nitentiorq; Pompa mille solibus,

Sequacis Vrbs orbitas, ruit, fora

Perambulans triumphat. Ille Presulum

Canentium agmen, Ille mille Principum

345 Manus, Chorosq; dulce lacrymantium,  
Amantiumq; Ciuium Tribus rapit.

Capillus Urbem. at Ille quo vagam rapit?

Ad alta Tempia, Virginisq; litteram,

Noua ad Teatra, gemmeumq; nidulum,

350 Columbe ad os, ad Hostie Sacre dapem,

Amantem Amantis in Dei sinus rapit.

Rapit Capillus: est rapina Ciuitas:

Ca-

- Capilli, & ipse quin rapina fit Deus?  
 Deus rapina quanta? quantus est? Deum  
 355 Amantium Capillus in sinum rapit.  
 Capillus ergo nodus est amantium,  
 Peloridum, Dei; raptor, unicus  
 Peloridum, Dei; coniugator est.  
 Pelori pulchra, Virginalis Anchoram  
 360 Habes Capilli? Epistole notas habes?  
 Tenax utrumq; contine. Hac ab Anchora,  
 Capillo ab hoc ligata, pertinacius  
 Ad astra vel traheris, astra vel trabes.  
 Mare, & Mariam Epistole in Sinu tenes?  
 365 Secunda ad astra nauigatur hic Sinus.  
 Maria dulce naufragis erit mare.  
 Mare est Maria? Credite huic Ratem mari:  
 Peloridis ad astra nauigantibus  
 Maria Nauis, & Maria Portus est.  
 370 Pelori pulchra, quam superba molibus,  
 Tibi trecenta Portus vnus Atria,  
 Trecenta Portus vnus in Maris Sinu  
 Theatra pandit? & minacis Aequoris  
 Iubet filere turbines? Trucem Notum,  
 Fauonijq; preliantis impetus  
 375 Procul relegat, explicatq; bellicis  
 Sinum quietis, otiumq; classibus?  
 Sinus senecta nullius salubrior:  
 Quies, fidesq; nulla portuosior.  
 380 Ter o beate Portus. At beatior  
 Peloridis ad astra nauigantibus  
 Maria Nauis, & Maria Portus est.  
 Ad astra, ad astra, ad astra, nauigantibus  
 Peloridis ad astra, nobilissima  
 385 Parata Nauis est. Peloris Euola.  
 Tibi Maria, an Argo? An Arca? lacteum,  
 Fidele, molle, dulce, quam breuissimum  
 Iter secundat, & Columba preuolat.  
 Parata Nauis est: Pelori peruola.  
 390 Parata Nauis est, & ut celer uoles,

† † †

Para-

Ad Messa  
nentes ad  
hortatio.

Maria Ma  
re, Nauis,  
et Portus.

Portus Ma  
mertini  
descriptio

Maria Co  
lumba pa  
cis aggre  
gatur.

Innocētij  
X. Colum-  
bæ.

*Parata Navis, est Auis. Peloridi  
Secunda Navis inter astra peruolat:  
Auis Biremis inter astra remigat.  
Parata Navis est. Pelori peruola.*

395 *Secunda quin onusta terga lilijs,  
Gerensq; latum oliuæ in ore ramulum,  
Niualis Illa Præses Innocentiæ,*

Ingeniū  
vtriusq;  
Columbæ

*Fidelis Illa Numinis Vicaria  
Columba Vaticani, ab Arce Numinis*

400 *Adest Amica pinnulis ouantibus,  
Adest: ☉ Ales Aliti Comes volat.  
V triq; pulchre, vtriq; dulce conuenit:  
Vtramq; Pax, Vtramq; Temperantiæ,  
Vtramq; blanda vinxit Innocentiæ:*

405 *Vtramq; iunxit Vtriusq; Caritas.  
Iugo pari, viaq; ad astra conuolans  
Quietis Arbitræ, Illicesq; publicæ  
Duces salutis, otijq; Vindices,  
Gemelle ad omne munus, atq; Congreges,*

410 *Simillimæ Colore, ☉ oris Indole,  
Amoribusq; moribusq; compares.  
Sagitta Amoris, ☉ Sagitta Numinis*

Columba  
Pāphilia  
cū Perro  
Columbæ  
filio com-  
parata.

*Columba Virginalis omnium est Amor:  
Petri Illa, Pampbiliq; amanti omnium;*

415 *Gregem Columba amare iussa Congregem est.  
Ter illa amare iussa, ter bonos amat:  
Cor omnium hæc amans columba non erit?  
Erit Columba Amoris, ☉ cor omnium.*

Columba  
Virginis  
ad Inno-  
centij X.  
Columbā  
fert Episto-  
lam.

*Columba Pampbili, ☉ Columba Virginis  
420 Bene gregantur ambæ, ☉ altera alteram  
Amat Columba congregem Columbulam:  
Ab Innocente belle amatur Innocens:  
Bene Innocens in Innocentiæ Sinum  
Amabilem Columba fert Epistolam.*

425 *Mariæ ab ore nil nocentis alitem  
Epistolam recuset Innocentiæ?  
Recuset Illa? quin amanter appetet:  
Epistolam exarantis Innocentiæ*

Aman-

- Amanter, & libenter haud semel leget:*
- 430 *Leget ter Innocenter Innocentia:*  
*Columba scribit, & Columba perleget.*  
*Maria amanti, amanti & Innocentiae*  
*Vtriq; pulchre, utriq; dulce conuenit.*  
*Vtriq; blando in ore oliua germinat:*
- 435 *Vtriq; Crux ab ore leni fulgurat:*  
*Vtriq; Colla sol, & Iris ambiunt:*  
*Vtriq; Pax renata in Vrbe militat:*  
*Vtriq; Pax, Vtriq; Crux regerminat.*  
*Auerno ab Hoste, Persidoq; funere*
- 440 *Serena Crux ut extulit Polo Caput;*  
*Simul Columba Pamphili, e Crucis sinu*  
*Quiritibus datura Pacis osculum,*  
*Cruenta ab Orbe, & Vrbe bella dispulit.*  
*Repullulabat inter arma Principum*
- 445 *In Vrbe rursus Eumenis: sed e sinu*  
*Crucis repertae in astra rursus extulit*  
*Columba Vaticana Pacis Iridem.*  
*Reperta Crux, repertus orbis est Amor:*  
*Reperta Crux, reperta pax Quiritibus:*
- 450 *Placet reperta pax? Columba repperit,*  
*Canoro & aere, & ignium fragoribus*  
*Ad arma, ad arma; militumq; fulmina;*  
*In Arce Mundi Erynnis atra classicum*  
*Canebat, & Parentis Urbis in Sinum,*
- 455 *Nefasq; utrinq; conglobata Ciuium*  
*Ad arma Erinnyes ordinabat agmina.*  
*Sed alma qualis imbribus Sonantium,*  
*Renidet Iris inter ora nubium:*  
*Serena talis inter arma Principum*
- 460 *Columba inermis ardet: Arma disijcit:*  
*Iubet repente dulce Pacis otium,*  
*Io triumphe, Roma Pacis otium*  
*Vides repente? liberum Tybrim vides?*  
*Et intonata Martis illa fulmina,*
- 465 *Columbe amantiis eliquata spiritu*  
*Ter in beata abire Pacis oscula?*

Vtriusq;  
Columbe  
mores si-  
millimi.

Exaltatio,  
& Inuētio  
augustissi-  
me Crucis  
Innocen-  
tij X. Co-  
lūbæ fau-  
sti dies.

Tumultus,  
& Urbis Ro-  
mæ pericu-  
lū immi-  
nens.

Ab Inno-  
centio  
sedatur In-  
uētae Cru-  
cis die.

Repētū  
in Urbis  
gaudium.

\*\*\* 2

Io

*Io triumphe Roma. Ab Arce Romuli  
Columba bella dissipat: Quiritium  
Columba Corda, Principumq; coniugat.*

470 *Columba non triumphat? Et quis Altum?*

*Quis ò Ducum triumphet? In nocentius?*

*Abite bella dira: abite funerum*

*Anhela monstra: in Orcum abite Erinnyes:*

*Abite sanguinisq; abite vulnerum*

475 *Fames, sitisq; Abite, abite: Nam sacra*

*Crucis, Columba foederata fulmini,*

*Columba Vaticana iuncta Virgini,*

*Crucis corusca, Virginisq; viribus*

*Auerna monstra, Tartarumq; fulminat.*

480 *Abite bella dira: abite funera:*

*Abite ab Vrbe, abite ab orbe Prælia,*

*Decem, decemq; lustra præliantium*

*Datum satis, superq; tot furoribus:*

*Satisq; vulnerum, satisq; funerum est.*

485 *Satis, satis cruoris heu profudimus,*

*Iberia, & Sicambria, & Britannia,*

*Et Artium Magistra pulchra Græcia,*

*Sagata Martis, & Togata Gallia,*

*Et ora septem amabilis Trionibus,*

490 *Et Itala ora, Patria, orbis unica,*

*Lanista Erynni, ubiq; Cæde mutua,*

*Vbiq; Luctu, ubiq; clade Principum,*

*Ruina ubiq; ubiq; strage gentium,*

*Sat usq; & usq; sanguinis profudimus.*

495 *Rebellis error, Heresiq; sanguinans,*

*Hydraq; Cerberoq; sibilantibus*

*Cruentus Orbis, & cruenta Tartara*

*Parumne vulnerum? Parumne funerum est?*

*Medelam ad Orbis, innocensq; sculum*

500 *Dei manu Columba missa Pacis est.*

*Columbe ab ore discat Innocentiam:*

*Columbe ab ore discat orbis otium:*

*Columbe Amore totus Orbis ardeat:*

*Ab igne Caritatis orbis ardeat.*

Spes con-  
ciliæ de Pa-  
cis inter  
Christia-  
nos Prin-  
cipes.

Europa  
bellis fes-  
sa pacem  
à Colūba  
Pāphilia  
sperat.

Mariana  
Columba  
Dux Pacis

Abite

505 *Abite ab Vrbe: abite ab orbe prelia.*  
*Maria ab ore, spirituq; viuuda*  
*Sigillum, & aura Pacis est Epistola*  
*Profecta Vaticani ab ore spiritus*  
*Columba, Vita Veritatis, igne*  
 510 *Magistra Caritatis, Illa Principum*  
*Columba mens, Columba Pacis Arbitra est.*  
*Abite bella in Orcum: abite Erinnyes:*  
*Abite ab Vrbe: abite ab Orbe prelia.*  
*Columba ab igne Pamphile, & volatili*  
 515 *Columba amore Virginalis excita*  
*Canebat hac poetici licentior*  
*Columba Ruris, haetenus nimis loquax:*  
*At igne plenus, omnis est loquax Amor.*  
*Amans sed innocenter hic loquax Amor,*  
 520 *Recuruus Innocentij ad sacros pedes,*  
*Relinquit alam utramq; ne ales auolet.*  
*Pedes deosculatur Innocentiae,*  
*Silensq; vile carmen hoc Sacrat Tibi,*  
*Columba Numen, & Columba Numinis,*  
 525 *Abite ab Vrbe: abite ab Orbe prelia.*

Vaticana  
 Columba  
 Pacis Ar-  
 bitra.

Verbofus  
 est Amor.

Laus Deo Optimo Maximo,  
 Deiq; M. M. M.

✠ ✠ ✠ 3

Ap.

201  
202  
203  
204  
205  
206  
207  
208  
209  
210  
211  
212  
213  
214  
215  
216  
217  
218  
219  
220  
221  
222  
223  
224  
225  
226  
227  
228  
229  
230  
231  
232  
233  
234  
235  
236  
237  
238  
239  
240  
241  
242  
243  
244  
245  
246  
247  
248  
249  
250  
251  
252  
253  
254  
255  
256  
257  
258  
259  
260  
261  
262  
263  
264  
265  
266  
267  
268  
269  
270  
271  
272  
273  
274  
275  
276  
277  
278  
279  
280  
281  
282  
283  
284  
285  
286  
287  
288  
289  
290  
291  
292  
293  
294  
295  
296  
297  
298  
299  
300

James D. Quinn-Manning  
D.D. M.A.

Approbatio R. P. N. Generalis Vincentij Carrasæ  
de lib. qui inscribitur Gloria Messanensium.

**C**um opus inscriptum Gloria Messanensium  
sive de Epistola Deiparæ Virginis scripta ad  
Messanenses, P. Pauli Belli nostræ Societatis Sacer-  
dotis, tres eiusdem Societatis Theologi recognoue-  
rint, & in lucem edi posse probauerint, facultatem  
concedimus, ut typis mandetur si ita ijs, ad quos  
spectat, videbitur. In cuius rei fidem hæc litteras  
manu nostra subscriptas, sigilloq; nostro munitas  
dedimus. Romæ 16. Septembris. 1646.

*Vincentius Carrasa.*

Ego subscriptus de mandato Reuerendiss. Domini  
D. Lucæ Cocchiglia Gen. Vic. Messanensis Ecclæs.  
S. V.

**V**idi Opus quod inscribitur GLORIA  
MESSANENSIVM, sive de Epist. B. M. V.  
ad Messanenses, P. Pauli Belli Soc. Iesu, & nihil re-  
peri contrarium fidei, aut bonis moribus, sed existi-  
mo opus dignum Prælo; quippe magna eruditio-  
ne plenum, & magna pietate refertum: quod Mes-  
sanensibus Gloriam, & B. Mariæ Vergini Patronæ  
obsequium grande pariat, cum eximia erga B. Pau-  
lum deuotione, & apud Messanenses gratia.

Messanæ. in domo Professæ. 27. Septembris 1647.

*Jacobus Cassia Societatis Iesu.*

Testi-

Testimonium Reuer. Patris Theophyli Raynaudi  
pro eodem Libro de Epistola B. Virginis.

**L**ucubratio R. P. Pauli Belli, cui titulus est, DE  
GLORIA MESSANENSIVM, & docta  
est, & pia, & omnibus Titulis prælo digna. Tradi-  
tionem si quidem Messanensium, pro qua Satagit,  
adeo congruè, ac verisimiliter stabilit, vt docili inge-  
nio rem conficiat. Exultat vero ab ea Zelus amarus  
Apostolo improbatus; quin potius liquidò apparet,  
fætum hunc esse cœlestis sapientiæ; quæ [ de fursum  
prodiens, pacifica est, modesta, suadibilis, ac bonis  
consentiens,] ex eiusdem Apostoli oraculo. Ita mihi  
de hac lucubratione visum, post eam accuratè per-  
lectam. Romæ. 4. Kal. Octobris 1645.

*Theophilus Raynaudus, ex Soc. Iesu.*

Testi-

Testimonium R. P. Maximiliani Sandæi de Libro  
qui inscribitur Gloria Messanensium, & de  
Epistola B. Virginis ad Messanenses.

**Q**Uamuis semper eorum opinioni accesserim, qui de Epistola DEIPARÆ ad Messanenses scripta, prout ipsorum habet Traditio, perhonorificè sentiunt, ac loquuntur, vt satis constat ex varijs meis de B.M. Virgine Opusculis; tamen occurrebāt nonnunquam aliqua, quibus vellicabar, & nō nihil aliò distrahebar. At postquam legi duos illos libros, quos de GLORIA MESSANENSIVM conscripsisti R. Pater, quorum altero veritas statuitur, altero obiectis aduersariorum respondetur, & designatur tempus, quo venisse Apost. Paulum Messanam probabilissimè asseritur, apud me omnis dubitationis nebula euanuit. Et in eam veni opinionem, vel nullam yllius Ecclesiæ priuatæ probandam esse Traditionem (quod temerarium esset asserere;) vel Messanensium de Epistola DEIPARÆ nullo modo posse rejici. Cuius meæ sententiæ argumenta non accuinulo, cum coram tecum ea de re non semel Romæ egerim; & ita mihi in omnibus satisfeceris, explicando ea, quæ Opere illo continentur, vt quid desiderari possit, ego sanè non videam. Vale. Romæ. 15. April. 1646.

*Maximilianus Sandæus.*

Testi.

Testimonium R. P. Magistri Io. Baptistæ de Lezana  
Carmelitani Lectoris publici Romæ in  
Gymnasio Sapientiæ.

**C**on particolar gusto, contento, & attenzion  
ho letto la sua dottissima Opera, in difesa del-  
l'antica tradizione, che è in Messina, di hauer la San-  
tissima Vergine scritto quella lettera alla sudetta  
Città, e mi pare, che V. P. R. iuxta Capacitatem,  
materiæ, pruoua sufficientissimamente il suo in-  
tento, dimodo che chi farà ardito di negarlo, farà  
troppo supercilioso, e perfidiato. Io stauo prima  
di hora nella sentenza di V. P. R. ma dopò che  
hò veduto i suoi gran fondamenti, mi son confir-  
mato in essa tanto, che farò il primo à defenderla  
in qualsiuoglia occasione, come gia il fò adesso nel  
secondo Tomo de' miei Annali, honorandoli con  
molte cose che V. P. R. insegna nel suo libro. La  
supplico resti seruita scusarmi, di non esser venuto  
in persona, à riuerirla, come deuo, per alcune occu-  
pazioni, che hò, & insieme comandarmi sempre  
in ogni occasione di V. P. R. alla quale bacio le mani.  
Di Traspontina li 4. di Aprile 1647.

*Di V. P. M. R.*

*Seruo affectionatiss.*

*Fr. Io. Battista de Lezana.*

EPI-

# EPISTOLA MARIÆ VIRGINIS AD MESSANENSES

Ex Codd. M. SS. Græc. & Lat.

Ἡ Παρθένος Μαρία τοῦ Ἰωακίμ θυγάτηρ , ἡ ταπεινὴ δούλη τοῦ Θεοῦ , τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ  
Μῆτρὸς ἐκ φυλῆς Ἰούδα , συγγενεῖα τοῦ Δαβὶδ τοῖς θυσιῶν ἐν Μεσσηνησωτηρίαν καὶ εὐλο-  
γίαν Θεοῦ παντοκράτορος .

Πάντας ὑμᾶς ἐν μεγάλῃ πίστει πρέσβεις καὶ ἀγγέλους διὰ δημοσίας μαρτυρίας πρὸς ἡμᾶς  
πεπομφέναι δῆλον . Τὸν τὸν ἡμῶν τὸν θεογέννητον Θεὸν καὶ ἄνθρωπον εἶναι ὁμολογεῖτε , καὶ  
εἰς οὐρανὸν μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀνάστασιν ἀνελθεῖν διὰ τοῦ κηρύγματος Πάουλου τοῦ ἐκλεκτοῦ  
τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας γινώσκοντες . Διὸ ὑμᾶς καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν εὐλογεῖμεν , ὡς ἀξίως  
προσάτις εἶναι βουλέμεθα . ἐξ Ἱερουσαλὴμων .

---

MARIA Virgo Ioachim Filia , Dei humilis Chri-  
sti IESV Crucifixi Mater , ex tribu Iuda , stirpe  
Dauid Messanensibus omnibus salutem . Et Dei  
Patris Omnipotentis benedictionem .

**V**OS omnes fide magna legatos , ac nuncios  
per publicum documentum ad nos misisse  
constat . Filium nostrum Dei-Genitum Deum , &  
Hominem esse fatemini , & in Cælum post suam  
Resurrectionem ascendisse , Pauli electi prædicatio-  
ne mediante viam veritatis agnoscentes . Ob quod  
Vos , & ipsam Ciuitatem benedicimus ; cuius per-  
petuam Protectricem Nos esse volumus .

Ex Ierosolymis .





CATALOGVS SCRIPTORVM  
QVI DE EPISTOLA.

B. MARIAE VIRGINIS  
AD MESSANENSES  
SCRIPTA MEMINERE.

- |   |   |
|---|---|
| <b>A</b> lbertus Picculus.  | Bartolomeus Petracius.  |
| <b>A</b> lexāder Calamat <sup>o</sup> .   | Benedictus Saluago. qui<br>etiam congerit multos<br>Auctores. |
| Aloisius Fernardes de<br>Blasco.  | Blasius Gundifalvus a Ri-<br>bero.                            |
| Alphonfus Villegas, &<br>plures ab eo super hac<br>re consulti doctissimi<br>viri, vt ipse ait. | Carolus Giangolinus.  |
| Antonius Berlinguer So-<br>cietatis Iesu.   | Christopharus Veruchi-<br>nus.                                |
| Andreas Ocilius.  | Constantinus Lafcaris.  |
| Angelus Giardina.   | Cornelius Mussus.   |
| Antonius Colossus.  | Felix Astulphus.  |
| Arnchangelus Russus.  | Ferreolus Locrius.  |
| Agustinus Galea.  | Frāciscus Suares Soc. Ies.                                    |
| Auctor consuetudinum,<br>Messanæ.   | Franciscus Arias Soc. Ies.                                    |
|   | †††† Fran-  |

## CATALOGVS SCRIPTORVM.

- |  |   |
|--|---|
| <p>Franciscus Biuarius.<br/>         Franciscus Fasianus.<br/>         Francisc. Romanus So. Ie.<br/>         Franciscus Bracciolinus.<br/>         Franciscus Marolicus.<br/>         Frāciscus Maria Magius.<br/>         Franciscus Costero S. Ies.<br/> <br/>         Gaspar Sghemma.<br/>         Giorgius Galterus.<br/>         Guglielmus, &amp; Ioa: Bleen<br/> <br/>         Hieronymus Petrucci.<br/>         Hieronymus Trimarchi-<br/>         des.<br/>         Hippolitus Marracius.<br/>         Honoratus Niquett. S. Ies.<br/> <br/>         Iacobus de Stephano.<br/>         Iacobus Carybdius S. Ies.<br/>         Ilarion à S. Antonino.<br/>         Ioannes Esebius Nerim-<br/>         berg.<br/>         Ioannes Banifacius S. Ies.<br/>         Ioannes Bourghesius.<br/>         Ioannes Carthagenā.<br/>         Ioannes Maria Tarfia.<br/>         Ioannes Baptista Barioli.<br/>         Io: Baptista Appiano. S. I.<br/>         Ioan: Baptista Nouatus.</p> | <p>Iannes Baptista Lenzana.<br/>         Ioan: Baptista Cortesius.<br/>         Ioannes Baptista Laurus.<br/>         Ioannes Camerto.<br/>         Io. Baptista Magna Vacta<br/>         Ioannes Marchesius.<br/>         Ioān: Petrus Odescalcus.<br/>         Ioannes Paulus Ferrella.<br/>         Ioseph Bonfilius.<br/>         Ioseph Balsamus.<br/>         Iulius Cesar Valentinus.<br/>         Iulianus Castaneacius.<br/> <br/>         L. Flavius Dexter Sancto<br/>         Hieronymo, &amp; Augu-<br/>         stino coæuus, &amp; omnes<br/>         auctores, q̄ Dextri chrō-<br/>         nicon, vt partū ei⁹ legi-<br/>         timū agnoscut. Hi sūt<br/>         præter alios complures.<br/>         Ioannes Caldaronius.<br/>         Didacus de Murillo.<br/>         Thomas Tamaius.<br/>         Ferdinandus Salazarius.<br/>         Gaspar Sancius.<br/>         Franciscus Biuarius.<br/>         Thoma de Torralba.<br/>         Hieronymus dela Hig-<br/>         mera.<br/>         Sebastianus de Abren.<br/>         Leo-</p> |
|--|---|

## CATALOGVS SCRIPTORVM.

Leonardus Greco Orlandinus.	Petrus Gregorius Odescalculus.
Laurentius Masselli.	Petrus Castellus.
Laurentius Abas.	Philippus Gothus.
Licentiatus Rodoricus.	Philippus Ferrarius.
Lodouicus Visitanus.	Philippus Scagliola.
Laurétius Chryfogonus.	Placidus Samperius S.Ief.
	Placidus Caluarius.
	Placidus Reina.
Marius Iurba.	
Martinus Nauarrus.	
Maximilianus Sandeus Societatis Iesu.	Rutilius Benlonius.
Melchior Incofer Soc.Ief.	Reginaldus Scambati.
Mutius Iustinopolitanus.	Scipio Erricus.
	Siluester Marolicus.
Octauius Caietanus.S.Ief.	Siluester Frangepanius.
Octauius Cloritus S. Ief.	
Octauius Præconius.	Theophylus Raynaudus
Oliuerius Bonartius S.Ief.	Soc. Iesu.
	Thomas Tamaius.
Paulus Serlogus Soc.Iesu.	
Petrus Canisius Soc.Iesu.	Vincentius Ferraroto.
Petrus Antonius Spinel- lus Soc.Iesu.	Vincentius Rizzus.

[The page contains extremely faint and illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the document. The text is scattered across the page and cannot be transcribed.]



# I N D E X

## CAPITVM LIBRI PRIMI

### DE GLORIA MESSANENSIVM.

#### C A P. I.

fol. 1.

**T**otius tractationis proloquium, & partitio.

#### C A P. II.

fol. 3.

Epistola Deiparae Virginis ad Messanenses, & in illam animaduersiones.

#### C A P. III.

fol. 8.

Traditio Ecclesiae Messanensis de Epistola Deiparae.

#### C A P. IV...

fol. 9.

Auctoris de Traditione Ecclesiae Messanensis, deq; Epistola Deiparae Iudicium.

#### C A P. V.

fol. 12.

De fide, & auctoritate priuatarum Traditionum.

#### C A P. VI.

fol. 17.

An, & quibus Paolus Apostolus Messanam in Sicilia venerit, ibiq; Euangelium praedicauerit.

#### C A P. VII.

fol. 29.

Satisfit argumento, ex Innocentij Papa I. verbis desumpto.

#### C A P. VIII.

fol. 28.

De tempore, quo Apostolus Paulus Messanam primum venit, varie referuntur, & reijciuntur scētia.

#### C A P. IX.

fol. 36.

Sententia Auctoris de tēpore prioris aduentus Pauli Apost. Messanā.

#### C A P. X.

fol. 37.

Ostenditur supradicta sententia non repugnare sacris litteris.

C A P.

# I N D E X

## C A P. XI.

fol. 44.

Ostenditur Congruere Sacrae Scrip-  
turae supra dicta sententia.

## C A P. XII.

fol. 53.

Quo mense, quo mensis die Paulus  
Messanam ingressus: tum qua  
occasione, & quid ibi rerum ges-  
serit.

## C A P. XIII.

fol. 57.

Quam probabilitatem habeat id,  
quod docet Traditio de legatione  
Messanensem ad viuentem vir-  
ginem.

## C A P. XIV.

fol. 66.

An vicissim Deipara ad Messanen-  
ses Epistolam dederit, & an ea  
ipsa sit, quae circumfertur.

## C A P. XV.

fol. 67.

Traditio Ecclesiae Messanensis.

## C A P. XVI.

fol. 69.

Rationes, & coniectura, quae nostra  
Traditioni fauent, germanamq;  
esse Virginis Epistolam conuin-  
cunt.

## C A P. VII.


fol. 80.

Auctoritas ab homine, siue Auctores,  
qui Traditionem nostram ve-  
ram suadent.

## C A P. XVIII.

fol. 92.

Auctoritas ab Caelo siue Epistola  
Virginalis ad Messanenses mira-  
culis comprobata.



# I N D E X

## CAPITVM LIBRI SECVNDI.

In quo obiectis aduersariorum respondetur.

C A P. I.

fol. 79.

**B** Reuiarium obiectionum, & de pia affectione in Aduersarijs desiderata.

C A P. II.

fol. 84.

Varietas, & inconstantia Epistole obiectioni prima.

C A P. III.

fol. 86.

Littere Virginis nomine compositae inter se comparatae, nec secum conuenientes Obiectio 2.

C A P. IV.

fol. 92.

Sensus Doctorum Hominum Obiectio 3.

C A P. V.

fol. 98.

Aduersatur coniectura. Obiectio 4.

C A P. VI.

fol. 103.

Modestia Virginis Obiectio 5.

C A P. VII.

fol. 109.

Mores temporum, ac gentis Obiectio 6.

C A P. VIII.

fol. 109.

Examinatur proloquium, seu saluatio Epistole, an aliquid contra morem temporis, & gentis consisteat.

C A P. IX.

fol. 114.

Examinatur clausula Epistole. an ea aliquid contra morem, & contra verum habeat.

C A P. X.

fol. 121.

Ostenditur ex data Luna XXVII. & ex dato die tertio mensis Iunij

# I N D E X

*nij optime haberi scriptam fuisse Deiparæ Epistolam An Chris. XLII.*

**C A P. XI.**

fol. 128.

*Concordia Ann. XLII. cum Indit. I. ubi aliquid de Feria.*

**C A P. XII.**

fol. 131.

*Examinatur Epistole subscriptio an ea Deiparæ sit.*

**C A P. XIII.**

fol. 134.

*Historia Sacra Obiectio 7.*

**C A P. XIV.**

fol. 138.

*Recta Chronologia Obiectio 8.*

**C A P. XV.**

fol. 141.

*Argumentum Epistole Obiectio 9.*

**C A P. XVI.**

fol. 142.

*Abhorrentia à vero Obiectio 10.*

**C A P. XVII.**

fol. 147.

*Cognomentum Virginis à Litterio Obiectio 11.*

**C A P. XVIII.**

fol. 149.

*Ipsa Traditio Obiectio 12.*

fol. 153.

*Constantini Lascaris Bizantiæ viri eruditissimi, & ab Aristarchi criminationibus vindicati Elogium.*

fol. 161.

*Breuiarium peregrinationum Sancti Pauli Apostoli per Annos Christi, Deiparæ, eiusdemque Pauli, & Cesarum Digestarum.*

*Commemoratio in festo Epistole Beate Mariæ Virginis ad Messanenenses, &c.*

*Index duplex 1. Auctorum, qui Epistole Virginis ad Messanen- ses meminere cum laude. 2. capitum.*



# GLORIA MESSANENSIVM.

S I V E

DE EPISTOLA DEIPARAE VIRGINIS

SCRIPTA AD MESSANENSES.

D I S S E R T A T I O.

TOTIVS TRACTATIONIS PROLOQVIUM,

*et Partitio.*

## C A P V T I.



**V**R BEM MESSANAM sua antiquitate, suorumq; virtute maiorum Nobilem, Senatus Populiq; Romani decreto Siciliae totius Caput, & Principem, Orientalium Imperatorum remuneratione, magnificentiaq; ob eius Eregia in Imperium promerita, praecipuis auctam honoribus, & ipso Imperiali aetere Crucis stemmate candecorata; Occidentalium Regum liberalitate magnis ornatam, munitamq; Privilegijs, maxime omnium gloriosam facit, ac celebrem, quod ab Apostolo Paulo prima suae fidei rudimenta agnoscat, & Pauli beneficio Virginis Dei Matris tutelam, ac patrocinium quod, ea dum viveret, Sempiternum, nullisq; defuturum saeculis per dulcem, amantemq; Epistolam septomisit, nec vero unquam datam fessellit fidem fidelis Virgo: promissis respondere Euentus, Euentus probant Miracula: videre hoc maiores nostri; videmus nos; videbunt, sic iuvat sperare, posteris. Eam ob rem merito, iureq; suo MESSANA VRBS DEIPARAE VIRGINIS MARIAE gestit appellari. Exultat de tanto munere, ac nomine pietas;

A

haeret

hæret an Ignorantia? an Inuidentia? Et quam non valet ex Meſſanentiũ animis altè defixam religionem, per vim, contentionemq; eripere, in dubium ſtudet reuocare; & contradicendo obſcurare ipſam tantæ rei traditionem, ipſamq; Virginalem Epistolam; quod nimirum hæc pugnantia obuoluat, illa nupera, ac nouitia videatur. Fatale eſt hominibus, quid quid ſuum non eſt, nõ probare; ſed fruſtra, vbi veritas, & vetuſtas ſe iuicem tinentur; vbi Ratio, & Traditio Religionem fouent; & vbi auctoritas humana, & diuina pietatis cauſæ patrocinantur. Eſt qui tacito nomine Ariſtarchum agat, Veritatis ſe patronum vendat, Virginis Myſtes; eiſq; honoris vindex videri velit; qui Scripturas, chronologias, mores veteres reuoluat, examinet, opponat, inſclamet noua ſic ſenſim præualeſcere, antiqua deſpectui haberẽ; falſa, ſed piè ficta in vulgus vendi. Erit, qui tectam Religionem detegat, apertas calumnias reuincat, obiecta diluat, & veterem eſſe Eccleſiæ Meſſanenſis traditionem, veramque Deiparæ Epistolam ad Meſſanenſes non leuibus argumentis oſtendat.

Equidem iuſtè, pièq; dolemus, Meſſanenſes, iniuria hanc nobis intentatam litem, qui de pacifica tam antiquæ rei poſſeſſione deijci, & deturbari videmur contra Iuſticiam, contra Pietatem. Quamquam veriùs non dolendum, gaudendum magis, quod ſic in Virginem videamus augeri Religionem, excitari ingenia, ſtyloſq; acui in eius honorem. Hoc habet commune, cum ſolida ſilice, ſolida veritas, quò magis reſpercuſſa, ſpendeſcit magis, ſciatillaſq; ei aculatur eminùs. Vtinam inde accedamur omnes in Amorem tantæ, tamque amantiſ Matris, & rubigo illa, quæ à malè adfectis animis venit, ab iſto Virginei amoris igne proſus abſumatur! Igitur ad iudiciũ veritatis aduerſarios, ſi qui ſunt, prouocamus ſecuri, ſi rationi dederint aures, daturus etiam manus. Id vt ordine agamus, primũ Epistolæ Virginaliſ exemplar, vt eſt in omnium manibus, proferemus varietate, ſicut occurret, aliorum exemplarium non diſſimulata, & cum aliqua etiam animaduerſione pro maiore legentium luce. Deinde veteres tabulas recitabimus. Ex quibus tota Meſſanenſis Eccleſiæ traditio conſtat. de Apoſtoli Pauli aduentu, Meſſanam, eiſque prædicatione: de legatione Meſſanenſium ad viuentem Virginem: Et de Virginis Epistoła data ad Meſſanenſes. Tertio exami-

Siue de Epist. B. M. V. ad Messan.

3  
examinabitur per partes, tum Epistolæ, tum Traditionis veritas. Demum obiectis fiet satis: sic enim maior lux fiet veritati, Pietati incrementum, Sanctæ Matri gloria, cui noster hic qualiscumq; desudat labor. Fas cuius veritatis, Virginis nostrig; amanti addere quod placet, dolere quod displicet; solum de pietate detrahere nefas esto.

**EPISTOLA DEIPARÆ VIRGINIS AD MESSANENSES,**

*Et in illam animaduersiones.*

**C A P V T. III.**

**E**Am ex translatione Constantini Eusebii Vini græcè docti & qui vixit seculo XIV. & ex Messanæ Urbis Archidiaconi sumptam, publiciq; firmatam tabulis refert Mutius Iustinopolitanus celebris sua ætate scriptor lib. 1. hist. sacræ cap. XIII. Ex Mutio transcribere alij multi, quæ sic habet.

Mut. Iustin. lib. 1. Hist. Sacræ. c. 13. Laurët. Massellus lib. 8. dicit V. Virg. c. 18. Christoph. à Castro in Hist. deip. c. 8. & alij.

**M A R I A V I R G O,**

**I**oachim filia, Dei humillima Christi Iesu Crucifixi Mater, ex Tribu Iuda, stirpe David, Messanensibus omnibus salutem, & Dei Patris Omnipotentis Benedictionem.

Vos omnes fide magna legatos, ac Nuntios per publicum documentum ad nos misisse constat. Filium nostrum Dei genitum Deum, & bonissimum esse fatemini, & in Cælum post suam resurrectionem ascendisse, Pauli electi predicatione mediante, viam veritatis agnoscetes. Ob quod vos, & ipsam Ciuitatem benedicimus; cuius perpetuam protectricem nos esse volumus.

Anno Filij nostri XLII. Indictione I. III. Nonas Iunij, Luna XXVII. Feria V. ex Hierosolymis.

Maria Virgo quæ supra, confirmat præsens Chirographum Manu propria.

Ita ex Mutio, cum Mutio ferè consentiunt antiqua M. SS. græca, & latina (si clausulam excipias) paucis exceptis, quæ integra fide subijcio cum aliqua animaduersione ad ipsam Epistolam.

Maria Virgo aliqua M. SS. quæ circumferuntur, habent

4 Gloria Messianicum

*Nec Maria P.* quod fortassis appositum ad Matris Dei dignitatem, Maiestatemq; exprimentam de more virorum Principum quamquam non sum nescius pronomen multitudinis etiam, quibus veteri pro auctoritate personae scribentis, tam fabricis, quam profanis scriptoribus usurpam solitum. Seneca epist. xv. ubi de summo salutandi in fronte Epistolarum *Nos inquit, dicimus, si philosopharis bene est; certè, ut de christiano more aliquid tangam, frequentissimus est Paulus Apostolus in suis Epistolis, ubi contingit cum auctoritate, & imperio loqui* Pauca pro exemplo sint in priore ad Corint. cap. 2. *Nos autem sensum Christi habemus, & in posteriore cap. 7. Capite nobis Thimoteum legimus* Ad Thessal. cap. 3. *placuit nobis remanere Athenis solis, & misimus Timotheum Epistolam nostram, hanc satis est, qui hanc loquendi formulam sperari velit in Virginis salutatione, & in Virginis quoque non in lasciviam, aut aliquem aliud refundere. An (Virginis) titulus (Matris Dei) Modestiae Virginali, Virginisq; humilitati convenit, dicemus in responsione ad obijcienda.*

*Ioachim filia* siue ut alij (Ioachides) hic putavit non nemo contra morem hebraeorum fuisse. Mulieres à parentibus cognominari, cum vel à viris, vel à filijs dumtaxat dici sint solitae: veteris namq; sacras scripturas à limine salutasse videtur.

*Dei humillima Christi Iesu Crucifixi Mater*, quam modestè, temperateq; de sua dignitate Magistra humilitatis loquitur, quam in summa Maiestate suam agnoscit, prædicatq; humilitatem! Nec filij Crucem ad gentes, quibus Crucis mysterium stultitia erat, scribens erubescit. Si seruo licuit de Christi cruce gloriari apud gentes cur non Matri? credibile est præ amoris tenentudine erga Crucifixum filium, & humilitatis affectu, se Matrem Crucifixi dicitare solitam apud alios quo nomine à S. Bernardo etiam insignitur: quamvis sine vilo addito vocaretur ab alijs: Mater Iesu.

*Ex tribu Iuda stirpe David.* In quibusdam M. SS. desideratur (ex stirpe David) & si speciosior videri possit hæc titulorum mole, quam quæ conveniat ei, quæ humillima vult haberi; legat quod dicemus in responsione ad objectionem IV. ubi non fuisse contra modestiam, & humilitatem Dei Matris ostendimus Exemplo, Auctoritate, Ratione.

*Messianibus omnibus salutem, &c. sapientissima Virgo ad fideles*

Lib. 2. cap. 5.  
Lib. 3. cap. 5.

S. Bern. tra-  
ctat. de la-  
mēt. V. post  
Initium.

Io: c. 2.  
Act. c. 1.  
Ignat. epist.  
ad Ioannē.

Lib. 2. cap. 5

duces ex gentibus scribens de gentium more salutem, non pacem  
 precatur; aut Lascaris de latinorum usu salutem vertit; Sed ne-  
 que omni no. alienum hebreis pro pace salutem optare in Exor-  
 tibus Epistolarum docent Sacri libri, & nos suo loco.

*Et Dei Patris Omnipotentis benedictionem.* Benedictionem in sa-  
 lutatione Iudaeos precari docet Tertullianus; & patet ex libro  
 Ruth. & fortassis hic Domini, Domineq; familiaris mos in sa-  
 lutando, benedictionem fidelibus optare; quid ni? quem facile  
 crediderim, inde deductum ad Apostolos, virosq; Apostolicos.  
*Domini est salus, benedictio tua super populum tuum;* ait Prophe-  
 ta, qui non Dominus, & Matris amatissima; certe congruens Ma-  
 tri saluatio filij benedicere.

*Nos omnes fide magna legatos,* satis Illustre à Dei parentis ore  
 Messanensium fidei semel admissæ semper seruatae testimonium;  
 & ad imitationem Filij, genitum fidem non modo commendatis,  
 sed & preferentis fidei Iudaeorum; quin & admirantis, vt in  
 Muliere Chananza. Obiecit Aristarchus quidam, non videt  
 probabile tot hominum millia omnes vna, alteraue Pauli concio-  
 ne audita ad Christi fidem simul conuersos. Verum is neq; Pauli  
 in predicando in virtute Spiritus Sancti efficaciam perpendisse,  
 neq; Ecclesiasticas historias legisse demonstrabitur; Interim ad-  
 mirante Dei Matre Messanensium fidem magnam, & ipse admi-  
 rari discat.

*Legatos per publicum documentum ad Nos misisse constat,* hoc est  
 publicis litteris, & totius Urbis nomine. Aduerte; lector, mo-  
 rem veterem fidelium ab ipso Apostolorum tempore, in usu po-  
 situm, transmittendi fidei suæ professionem ad Caput Ecclesie,  
 in Episcopi electione; vt alibi ex Gelasio, Sopronioq; docebitur  
 vbi etiam de frequenti motuorum Christianorum peregrinatio-  
 ne ad viuentem Virginem; & de Virginis auctoritate supra totam  
 nem Ecclesiam; sine qua nihil ab Apostolis decernebatur; ad  
 quam omnia referebantur; & à cuius nutu, consilioque pende-  
 bant omnia, tanquam ab Oraculo Spiritus Sancti, & fidei ma-  
 gistra.

*Filiam nostrum Dei genitum,* etc. hęc solempne Apostolis suis  
 in promulgatione Euangelij, Christum Deum hominem, mori-  
 tum, reargentemq; annuanciare, hęc sine dubio fuit publica,  
 sum literarum summa, in quibus fidei Messanensium ab Apo-  
 stolo

2. Mach.  
 Ath. c. 15.  
 Iacobi ep. c.  
 1.  
 lib. 2. cap. 8.  
 Tertull. ad-  
 uers. Marcion  
 Ruth. c. 2.

Matth. 6.  
 Luc. 7.  
 Matth. 15.

Lib. 2. cap. 5.

Gelas. P. in  
 epist. ad L. u-  
 rentium. Jo-  
 phron. Pa-  
 triarcha in  
 ep. Synodica  
 Ciprian. in  
 epist. ad Cor-  
 nel. P. & P.  
 Rupert. lib.  
 1. in cant. c. 2.  
 Petr. Canis.  
 de B. V. lib.  
 5. c. 1. Ben-  
 zon. lib. 1. c.  
 11. in cant.  
 Virg. l. dext  
 ad an. 34. vi  
 de infra. ca-  
 pit. 12.

stolo Paulo acceptæ professio connebatur; quàm à Virgine approbandam, confirmandamq; ipsi cum Vrbe Episcopo Bachylo per legatos postulabant; tum Virgo approbatam, confirmatamq; manu propria remisit. Alia firmamenta alibi datus; Nunc rem ex verbis nostræ traditionis sequenti capite recitandæ accipe: *que (idest Virgo) sanctissimis manibus proprijs subscripta in quodam chirographo, acceptando, & confirmando omnia, & ab ipsa Epistolæ appolita subscriptione Maria Virgo, que supra confirmat presens chirographum manu propria, quid clarius?*

*Ob quod V. as, & ipsam Civitatem benedicimus, vox plena meri mellis. Quis hic non agnoscat amatissimam Matrem? Sed quæ tantæ Matris benedictio, nisi bonorum omnium adprecatio à quin & largitio? Sanctorum enim Virorum benedictiones, inquit Chryostomus, ac bonæ preces efficaces sunt ijs, qui digni sunt & Philo Iudæus, preces Moysis ratas fuisse credendum est, quando quidem ille ab Amico Dei profecta sunt, quanto magis, quæ à Dei Matre? verè superat dicam, & quidem potiori iure: quod Adamantius de Pauli salutatione ad Romanos, huiusmodi, siue salutatio, siue imprecatio, Patrum veterum benedictiones omnes, si quidem omnia nobis bona venerunt pariter cum illa, quando perpetuam Urbis protectionem vltro cum benedictione promissit, cumlatius clarissimis, frequentibusq; miraculis præstitit, vt suo loco videbitur. Perge vt capisti, Davidis parentis tecum utar verbis Sancta Mater, benedicere domui serui tui, vt sit semper coram te; te enim benedicente benedicta eris in æternum, sequitur, &c.*

*Cuius perpetuam Protectricem nos esse volumus, qui sic ferreus, vt ad hunc spontanei amoris ignem non liquecat? miror, que fronte potuerit nescio quis affirmare, se in hac Epistola legenda nihil ad pietatem commoueri; sed non deerit locus, vbi, quicumque ille fuerit, pro merito suo vapulet. Dulcem eam habuit L. Dexter; suauissimam, Felix Astulphus; Marianæ Charitatis Symbolum Magnus vir Petrus Casilius; vtilissimam, sanctissimisq; refertum verbis Episcopus Petrus Odelaicus, satis tot gratiarum Auctorum sensus ad comprimendam hominis audaciam. Hactenus Epistolæ tenor. Sequitur clausula, quæ in plerisque exemplaribus multum varians; in alijs maxime græcis nulla ob idq; magna mihi suspicio est de aliena manu, & ingenio.*

*filijs*

*Infra eod. cap. 12.*

*Chryostom. ho. 10. in 2. ad Tim. c. 4 Philo libr. de caritate.*

*Orig. in Epistol. ad Rom. c. 1.*

*Infra c. 17. In Paralip. 16.*

*Lib. 2. c. 6. Harum verba citantur infra c. 16.*

*filij nostri XLII.* duo venustissima M. SS. alterum quod seruetur in bibliotheca Domus Professæ Messanenſis Societatis Iesu; alterum in Urbis Messanæ Tabulario ( quod miror neminem obseruasse ) habent *Anno filij eiusdem* quæ hinc alienam farinam nõ agnoscat? maximè si non ignarus omninò sit moris non adeo antiqui putandi tempora per annos Christi, perq; Cæsarum Indictiones? Igitur notas Anni, Indictionisq; non puto fuisse à Virginis manu, & calamo, sed alicuius viri eruditi studio; quo tamen consilio, qua ratione, quamque rectè, dicam fusiis, vbi de earum concordia.

*Luna XXVII. III. Nonas Iunij FERIA V. ex Ierosolymis* consignantur Epistolas cum nota aliqua temporum, & loci, vsus omnium ferè populorum fuit, quibus haud caruisse putanda est Dei paræ Epistola. Sed quibus? de loco, non est dubitandi locus: per lunas dies mensis efferre mos vsitatissimus, & antiquus tam apud sacros, quam profanos Auctores: quare neque luna nota eam caruisse suspicor; suspicionis rationem alibi dabimus. Nonæ, & feriæ quamuis Romanæ voces, non idcirco ex scribenda, quid alienius à Græcis, quàm Calendæ? & tamen Epistola Ignacij Martyris ad Romanos legitur data XI. Calend. Septembris. Sic, & neomeniæ hæbreorum passim per Calendas significatæ; scilicet ad interpretes isthæc referenda. Ex quo conuincitur eorum turpis error, quæ eas voces, ut ab hæbreis alienas, ita falsitatis indices nobis obijciunt: sed de hac re alibi plura. Veniamus ad Subscriptionem.

*Maria V. quæ supra, confirmat presens chirographum manu propria.* Ita passim in omnibus ferè M. SS. in aliquibus *Nos Maria B. quæ supra, affirmamus, et acceptamus hoc predictum Chirographum* alia castigatiùs habent *Maria Virgo* alia deniq; cum græco eod. nullam habent subscriptionem: ut verum fatear, tanta varietas mihi semper fuit suspecta, & an tota subscriptio supposita, quæ ex parte vitiosa, auctaq; sciolorum audacia, nescio; & magis optarem doceri, quàm docere, dicam tamen in loco, quid probabiliter sentio. Hæc carptim, & in transitu, quæ suis locis plenius elucidanda, Nunc, ut planius cognoscatur, quæ subrit occasione huius scribendæ Epistolæ ad Messanenſes, ipsam Messanenſis Ecclesiæ Traditionem, ex veteribus monumentis eiusdem Ecclesiæ acceptam, adtexo.

*Infra cap. 4*

TRA-

## TRADITIO ECCLESIAE MESSANENSIS

de Epistola Deipare.

## CAPUT III.

**C**ircumfertur præfixa Epistolæ Virginali quædam Præfatio sub nomine Constantini Lascaris, sed falso illi adscripta, cum potius sit ipsa Traditio Ecclesiæ Messanenſis publica, ut videtur, auctoritate scriptis mandata. Eam recitat citatus Mænius. Nos ex vetustissimis tabulis transcriptam damus fide integra. Ita Traditio. siue qui illam euulgauit simplici admodum, crassoq; stylo, ut ea ferèbat ætas. *Non omitam unum, quod exteris penitus ignoratur, in laudem Beate Mariae Virginis, & ipsius Ciuitatis cum Beatus Paulus Apostolus esset in Calabria in Ciuitate Rhegij euangelizans omni Creatura Euangelium Domini, iuxta illud D. Marci cap. XVI. fuit vocatus mirabili deuotione à Popolo Messanenſi; Unde uenit, & prima die predicauit de Domini nostri Crucifixi passione; secunda uero die de Virginitate Beate Mariae, & de Incarnati Verbi Mysterio, quibus auditis ipsa Vniuersitas Messana instantè seque instantissime interrogauit. Vbi residebat ista Regina Cælorum; Mater Dei, cui Beatus Paulus respondit: Ierosolymis moratur, & adhuc uiuit. Repleti gaudio Messanenſes instituerunt legatum, qui una cum ipso Paulo in uigilio se Ierosolymam conducerent. Unde facta prius Oratione, Beatam Virginem in Dominam susceperunt; quæ sanctissimis manibus proprijs subscripsit in quodam chirographo acceptando, & confirmando omnia; appellando se Protectricem perpetuam suam Messanæ. Quod chirographum, ex hebraicis literis fuit à Beato Paulo in græcas literas translatum; temporibus uero nostris à Constantino Lascare uirò præstantissimo, in latinas literas translatum esse affirmo, tenoris sequentis. &c. Hactenus traditio.*

Ex qua pauca quædam uolo mihi aduerti à pio, humanorq; lectore, primum, ut dixi, non esse hunc Lascaris Prologum, & perperam inscribitur, & non rectè existimauit non nemo; nec ad id demonstrandum opus alia probatione, quam lectione, quis enim sapiens existimet Lascarem de se, tamquam de aliquo alio, cum magno sue eruditionis encomio locutum; potius uideri publicum uiri fide digni, & publicæ auctoritate consignatū posteris

Mut. Inst.  
sup. cit.

posteris testimonium; tum de aduentu Pauli Apostoli Messaniam, tum de Epistola Beatæ Virginis, deq; eius traductione, ex hebræo in græcum ab ipso Apostolo, & de græco in latinum post multa deuoluta sæcula à Constantino Lascare viro literis, pietateq; præstanti facta.

Hinc secundo aduerte, earum rerum memoriam licet fatis antiquam (quam & Sancti Hieronymi sæculo, & multò ante, proximo Apostolorum æuo viguisse colligitur ex L. Dextro) tamen ob consequentium temporum turbationes, rerumq; in Sicilia vicissitudines, (quod & alijs sacris monumentis contigisse scimus) penitus ignoratam exteris; exteris, inquam, non indigenis apud quos celebris semper fuit Imago Deiparæ à Sancto Luca depicta, & del Literio, corrupto à literis vocabulo latinis græcis verò del Grapheo nuncupata. Habes demùm Lascarem Epistolæ Virginalis non auctorem (vt nescio quis falso sibi persuasit) sed traductorem ex aliquo græco exemplari vel Messana adseruato, vel à se reperto (erat enim Lascaris græcè doctus, veterumq; monumentorum studiosus inquisitor, vt ex eius scriptis licet cognoscere) Et quidem Lascaris studio debemus, quæ ex græcis monumentis de Paulo Apostolo Messanam reuertente, post Orientalem profectionem, deq; Episcopo Barchyrio traduntur, quem secundùm Messanenens Ecclesiæ Episcopum, & Bachyli successorem verosimiliter censeo, vt suo loco videbitur.

Multa alia, quæ ex hac narratione adnotari in rem possunt, consultò suis locis remittimus. Interim, quoniam non desunt, qui non eadem de hac Messanenens Ecclesiæ traditione sentiant, nec omnia approbent in Epistola Deiparæ, nostram nos quoq; Symbolam si conferamus, non puto abs re futurum sit igitur.

*AUCTORIS DE TRADITIONE ECCLESIAE  
Messanenens, deq; Epistola Deiparæ  
Iudicium.*

**C A P V T I V.**

**V**T non statim possum assentiri ijs, qui nimis religiosè contendunt de notis anni, & Indictionis Epistolæ Virginali subfixis; tanquam Virginis æuo non alienis, ne videantur de-

B

ca

*Cost. Lasc.  
lib. sua gra-  
mat.*

*Ex cod. græ-  
co inf. cap. 5  
citando.  
Infra cap. 6*

ea aliquo modo dubitare; ita eorum audaciam non possum non reprehendere, qui cum obiectis aduersariorum satisfaciendo non sint, præcidunt, demunt, mutant ex suo l. bito, quod vel tueri, vel excusare non valent; malè cauti, qui dum nimis meticulosè hostem fugiunt, inhonesto vulnere locum præbent; & dum sic firmare, quæ volunt, existimant, confundunt omnia, ij sunt, qui de notis temporum, & de subscriptione Epistolæ insolentibus subdubitantes, tamquam ab aliena manu; ea de se statim refecant, temere factum; quia priuata auctoritate; nec data facti ratione. Excusandi tamen; quod pro veritate, & pietate se facere putent. Illi accusandi, vel iudicij præcipitis, vel parum amici animi, qui aliqua suspitione falsi moti totam, & Epistolam, & traditionem, vt pie fictam fabellam à Lascare in gratiâ Messanensium contendunt euertere. Hi verò, & contra veritatem, & contra pietatem mihi peccare videntur, qui cum sua religiosius tueantur, aliena liberius carpant inuidum, an iniquum, genus hominum; quod semper vituperabitur, semperq; velis nolis, in oculis erit: his satisfacere non sufficit animus, neq; si velis, potes, quare non valdè illos moremur. Optandum sane, & ad vigilandum (non nego) ne malè coherentis historiæ, licet piæ in Ecclesia obtrudantur, quæ pietatem potius extinguunt, quàm excitant, nempè, vt ait D. Augustinus. *Vbi admixtum sibi bolet mendacium veritatis illicò minuitur, ac labefactatur auctoritas, quasi periculum sit ne veritas possit sibi ipsa sufficere, nisi fulciretur mendacijs, quæ etenim veritas instituit, in nuda voluit veritate consistere, neq; enim Deus indiget nostro mendacio, vt pro eo loquamur dolos, ait Sanctus Iob. alioqui (vt prudenter monet bonus auctor in pari causa) quæ antiquitus sunt à populis susceptæ religiones, per suasionesq; eas mouere non concedam, nisi inuicta suppetant argumenta, quæ erroris confessionem utique exprimant, quibus nulla ratione, nullaq; arte satisfacias; homines enim antiquis, quàm nouis stare malunt. Et periculum est, si antiquitus suscepta conuellantur, ne cætera in dubium vocentur, nullaq; religionis fides constet; quem scopulum vitandum prorsus censemus. Ego quidem veritatis eruendæ studium semper laudabo; sed nisi ad hanc regulam animorum impetus dirigantur; periculum est, ne in maiora incommoda incidamus. In pari ergo argumentorum pondere, & non multum dissimili veri specie, antiqua vt retineantur auctor sim. Hæc ille; quæ à prudenti lectore aduertenda*

Iob. cap. 13  
Io. Marian<sup>4</sup>  
in tract. de  
Iacobo mar  
io. C.

tenda prius, quàm de nostra sententia iudicium ferat. in qua illud solidè profiteor, nil posse obijci, quod non facile solui, excusariue possit sine præiudicio veritatis, & cum magna approbatione veteris traditionis: tantum si commodum tempus, quo Paulus Apostolus Messanam adire potuerit, statuatur. hoc Ariadnæ filium; Ex hoc facilis via sternitur ad reliqua.

Quoniam verò multi multa, mediam ego ingredior viam, & primum ea omnia, quæ in supradicta traditione referuntur, vt verosimilia, vt pia admitto, & veneror, vti par est. Odi profanum vulgus, & arceo, quæ à vulgo, & vulgi sequacibus temerè sin vulgus iactantur de Pauli aduentu, tunc scilicet accidisse Messanam, cum vinculus ad Nerouem sistendus duceretur. Nec rurum, quia incertum, aut suspectum aliquid, ideo cuncta sub eadem censura habenda. Igitur, vt certa ab incertis, à veris falsa fecernamus. Certum in primis mihi est, & indubitatum Paulum Apostolum non semel sed iterum, & tertio Messanam in Siciliam venisse, ibiq; Christi Euangelium prædicasse. Incertum quo tempore acciderit primus eius aduentus (nam de cæteris minus dubium est) certo certius non fuisse tunc, cum ad Neronem Romanam nauigaret; ignaui vt dixi, hæc Vulgi vox; & eorum, qui cum Vulgo sentiunt. Multò minus id à putata Lascaris Præfatione ad Epistolam Virginis haberi, quæ fuit imaginata alicuius persuasio. Dubium an ante, aut post Romana Vincula, certius ante, & cum primùm ab Ierusalem suam prædicationem Romam, Hispaniamq; cogitans, per Græciam, & circumpositas Regiones instituit, hoc est circa annum Domini XLI. & sexennio à sua conuersione. Rursum valdè probabile est Messanenses Pauli prædicatione recens conuersos ad viuentem Deiparam legatos destinasse, cum suæ fidei professione de more veteri. Indubitatissimum, si Messanenses ad Virginem litteras dederint, ipsam, (quæ erat tantæ Matris humanitas) ad eos rescriptisse: solum dubitari posset, an ea illa sit; quæ præ manibus habetur Deiparæ Epistola ad Messanenses, an vera deperdita, alia pseudo epistola in eius locum fuerit substituta, ac supposita. Sed neque de hoc prorsus dubitandum. In summa, si pauca quædam ab Epistolæ clausula, puta annum, Indictionemque excipias, quorum vsus non adeò antiquus, & quod à priuato alicuius eruditi studio, nec sine ratione factum ostendam; nihil de tam anti-

qua, ac immemorabili traditione, nihil de ipsa, quæ in manibus est, Deiparæ Epistola, dubitari debere aio, affirmoq; persuasus ratione, coniecturis, auctoritate humana, divina. singula singula singulis questionibus, expedio. Quoniam verò totius fundamentum disputationis est priuata Ecclesiæ Messanensis Traditio, prius de fide, auctoritateq; istarum priuatarum Traditionum nonnulla præmitto, vt quæ solidæ, quæ non solidæ, quæ veræ, quæ apocriphæ, quæ demum falsæ, aut falsitatis suspectæ, facili negotio discernantur, sicq; pateat, quo loco habenda sit nostra hæc traditio.

DE FIDE, ET AUCTORITATE  
priuatarum Traditionum.

CAPVT V.

*D. Aug. lib. de fide christiana. & Epistolæ ad Ianuar. quæ est 118. & refertur dist. 11. cap. 8.*

*Bellarmin. tom. 1. in controu. Baron. ad an. 53. Salmeron. in Epistolæ Pauli to. Gasp. Sanc. in tract. de præd. Iacobima. c. 1. & 9.*

**R**eligionem omnem Christianam, siue, quæ ad fidem, siue, quæ ad mores, & pietatem spectat, aut diuinarum scripturarum auctoritate, aut Ecclesiæ Vniuersalis assensu, aut denique priuatarum Ecclesiarum Traditionibus stare, verè sapienterq; dixit D. Aurelius Augustinus; docent sacri Doctores, Ecclesiasticæ probant historiæ; & nemo nisi hæretico plenus spiritu, inficiabitur. superfluum velle id pluribus probare, quod apud sacros scriptores reperias, lege inter alios Bellarminum in controuersijs, Baronium in annalibus, Salmeronem in comment. ad Epistolæ D. Pauli, Gasparem Sancium, aliosq;. Quod verò apud illos de fide canonica, ad diuina statuitur, idem suo modulo in rebus ad Religionem spectantibus, de fide traditioneque humana, quæ diuinam imitatur, dictum puta; quam si de medio tollas, aut faciliè suspectâ habeas, multa vacillēt necesse est, quæ nūc piè, religiosèq; & sine vlla controuersia, colit Catholica Ecclesia. minimè verò negauerim ab ipso nascentis Ecclesiæ exordio pleraq; sacras Traditiones inimici hominis inuidia superfamiantis zizania, vel omnino deperditas, vel ex parte adulteratas; aut vitio temporum, aut Scriptorum audacia sub specie pietatis, aut deniq; ab Hæreticis in odium nostræ Religionis indubium reuocatas. Nec verò hæc clades humana tantum, sed diuina etiam monumenta tetigit, & inter apochrypha recessit aliquando.

Iam

Iam verò ut ad rem nostram deueniamus, de priuatis Traditionibus Ecclesiarum dicturi, quid, quotuplex, quæ vera, quæ falsa, quæ apocrypha traditio sit, disquiramus. Traditionis nomen propriè in Ecclesia ea obtinent apud catholicos Scriptores, quæ extra Sacras Scripturas habentur sine voce, siue etiam scripto à maioribus quasi per manus posteris consignata, de quibus Apostolus Paulus ad Thessalonicenses: *Tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per Epistolam nostram.* Porro traditio non vna. alia, quæ vim, auctoritatemq; habet à Deo per Ecclesiam reuelante, & hæc extra omnem controuersiam est: alia ab homine; rursus quæ ab homine, vel ea communi Catholicorum consensu recepta; & de hac dubitare temerarium; vel in priuatis Ecclesijs Christiana pietas religiosè veneratur, ac colit; & de his quia aliqua potest suboriri difficultas, præsens nobis sermo instituitur.

2. Thess. c. 2  
15.

In his ergo priuatis Ecclesiarum Traditionibus dico primò iactuenda, Res, Auctor, Res si verosimilia, nec secum, aut cum factis scripturis pugnantia, nec contra bonos mores aliquid cõtineat. Auctor, si non suspecte, aut male fidei. Auctorem dico eum, qui eiusmodi traditiones refert; nam nullum alium à se, ut optimè Tertullianus, Traditio Auctorem agnoscit. Circa Rem substantia, ut ita dicam spectanda; hoc est, si nihil contra fidem, pietatem, & veritatem præferat: hinc ille Iudeorum traditiones iure à Christo Domino improbatæ, quod contra pietatem, religionemq; essent. scitum illud Hieronymi. *Traditiones Ecclesiasticas, præsertim, quæ fidei non officiunt, ita obseruandas, ut à maioribus tradita sunt.* Hieronymo concinit, aureamq; pro examinandis traditionibus tradit regulam Augustinus, in bis, inquit, *quæ varia per diuersa loca seruantur, vna hæc saluberrima regula seruanda est: quæ non sunt contra fidem, neq; contra bonos mores; & habent aliquid ad exhortationem vitæ melioris, ubicumq; institui videmus, vel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudando, & imitando sectemur: sic demum de Traditionibus priuatis in vniuersum statuunt Sacri Doctores. Eas consuetudine fidelium obseruatas, ad cultum Dei, & Pietatem pertinentes necessariò in Ecclesia ubi vigent, retinendas esse, nec audiendos, qui eiusmodi priuatas Traditiones peruicaci ingenio oppugnant. Maxime cum sciamus ex Traditionibus priuatarum Ecclesiarum multos indu.*

Matth. 15.  
Mar. 17.  
Hier. ad epistol. 28.

S. Aug. lib. 2. ad Ianuarium c. 18.

Ex Mart. de Aiala epif. lib. de Traditionib.  
Et Francif. Pisano de fund. templi Cesar August. c. 2.

inductos ritus , multas sacras memorias propagatas , multasq; que prius apocryphę, siue abscondite erant , veritates in totam Ecclesiam à fidelium pietate sapientumq; iudicio communi cōsensu acceptas , rataq; habitas . Substantiam in re dixi considerandam , non accidentia , que vt cum Philosophis loquar , possunt adesse , & abesse præter veritatis corruptionem , aut præiudicium . sepius videmus veris historijs falsa , fictaq; immista ; non id circo statim vt non verę reijciendę ; sed que in ipsis possunt excusari , excusanda ; que vera , tenenda ; que omninò falsa ; omninò refecanda ; que dubia ad veritatis , pietatisq; tanquam ad Critolai regulam examinanda , vt cautè , & cum iudicio , que recipienda recipiamus , que respuenda respuamus , si carere volumus , & inani fiducia , & superstiosa formidine . Optima Gelasij vox ex Pauli doctrina in rem vsurpata *omnia probate ; quod bonum est , tenete* . exemplis congerendis , que multa sunt , non multus ero , pauca dabo pro re præsentis . Epistola Pilati Præsidis Iudeę ad Romanum Imperatorem de rebus à Christo Domino gestis ; quam recitat Hegesippus in sua Anacephaleosi , & meminit Baronius ad annum XXXIV . certum in titulo præfert errorem , cum pro Tiberio Claudium habeat : quid igitur ? an statim vt suppositia habenda ? an corrigenda ? erroris conuincuntur in anno dato acta SS. Placidi , & Sociorum à Gordiano , qui eorum adfuit Martyrio , conscripta , vbi designatur annus Iustiniiani XIII . Christi DXLI . cum debuerit esse DXXXIX . ea quis audeat falsitatis accusare ? Maius est , quod addo : Extat apud Clementem Romanum celebris Epistola ipsius Clementis scripta iussu Principis Apostolorum ad Iacobum fratrem Domini Ierosolymam . Iacobus , si tempora rectè putentur , multò ante martyrium fecerat sub Herode ; quis de istis nauseabundis , & delicatis Criticis non illam , vt commentitiam exhiberet , & ex Apostolicis constitutionibus refecandam dicat ? ea nihilominus quippe omnis doctrine , pietatisq; plena , vt germana Clementis inter Sacras Pontificum Epistolas recipitur ; tum ab hereticorū cauillis à Francisco Turriano viro eruditissimo vendicatur egregiè . Et quod magis mirandum , videas per sepe antiquas tabulas , quas de vetustate venerabiles dicas , si in illis annos , consulesque appositos legas ; si voces verborumq; formulas , ipsosque characteres consideres , qui recentioris esse omnino existimes ; hæreat

*Dist. 15. S. a.  
Et Rom.*

*Baron. in  
not. ad Mar-  
tir. ad diem  
5. Octob.*

*Clem. Rom.  
epist. ad Ia-  
cob.*

*Franc. Tur-  
rian. cont. 1  
Magdeburg.  
pro epistol.  
Pon. c. 13.  
lib. 2.  
Ant. Ami-  
cus Reg.  
chron. in  
suis Not.*

hæreat necessè est, ac de falsitate dubitet, quisquis ignorat morem reficiendarum tabularum veterum ad vnum loquendi; scribendiq; præsentium temporum. Verum hæc, vt dixi, accidentia quædam sunt, quæ apud viros doctos veritati haud præiudicant; quæq; si in atiquis traditionibus benè examinentur, & ad nucleum attendas reiectis putaminibus, non faciliè, præcipitanterq; eas falsitatis perstrinxeris. Hinc omnis pietatis, religionisq; Magistra Ecclesia, multa, quæ fabulis similia primo aspectu videntur; quia tamen pia, quia antiqua, quia non aperte falsa, si non probat, certè è sacris factis non audet expungere, tantùm, illa defert antiquitati, & pietati. *Cum hæc tantummodo, rectè Baronius sit Canoniarum singularis prærogatiua, vt in eis cuncta vera inconcussa, certaq; narrentur.* Redeo ad Auctoris fidem, quæ maximam rei auctoritatem conciliat. fidem Traditionibus priuatis faciunt Auctores doctrina, & pietate conspicui, qui eas suo calculo comprobant, eoq; magis, quo numero plures fidem, & verò magnam, facit ipsa veneranda antiquitas.

Si verò contingat ab ipsis Ecclesiæ Iudicibus rem plenè examinatam, vt piam, vt verosimilem, maximè Romano assentiente Pontifice permitti, quod publicam videtur facere fidem, non est, cur amplius de auctorum fide quæratur. Non fidem promeretur vulgus, non scriptor obscuri nominis, & qui nesciatur vnde, quod tradit, acceperit; multò minùs homo hæreticus veritatum inquinator, mendaciorumq; architettus solitus similia facere in odium Catholicæ Religionis, qui ex fabularum fictarum commercio fidem veris christianorum historijs adimere molitur, vt de circuitu Petri, Ioannis, Thomæ, tum de actibus Andreæ, aliorumq; Apostolorum sentiunt Athanasius in Synopsi, Phylastor de hæresibus. Gelasius P. in concilio Romano, & Sexta Synodus can. lxiiij digna profecto impostoribus statuta pœna à natura, à lege, ab omnium consensu, vt qui fidem fallit, fidem non inueniat, quot in vno Abdia babylonico, siue aliquo alio hæretico, qui sub Abdia Apostolorum discipuli nomine latere voluit, suasq; chimæras vendere, aperte falsa, quia malè coherentia, & indigna, quæ de sacris Apostolis ferantur? quot dubia, & incerta? quia Auctor dubiæ, incertæq; fidei. Verùm hæc (quandoquidem non adhuc de eorum certitudine, aut probabilitate constat) Apocrypha sacris Scriptoribus  
appel-

*Bar. in not. martyrol. ad diem 9. octo bria.*

*Athan. in Synopsi Phylastor de hæresib. Gelas. P. in Conc. Rom. Bar. ad ann. 96. de actis Lini.*

appellatur: ἀπόκρυφοι enim ij. libri dicuntur quasi absconditi, & occulti, qui carent plena Auctorum fide, & aubiz incorpertzq; certitudinis narrationes continent; & in hunc sensum utitur hac voce Origenes, Hieronymus, Augustinus, & alij, quare non est probanda Glossa in canone Sancta Romana Ecclesia dist. xv. aut benignè interpretanda; cum dixit, eos libros dici Apocryphos, quorum ignoratur Auctor. ex quo facilè deducitur posse contingere, vt quædam non Apocrypha a principio, sequentibus temporibus inter apocrypha incipiant numerari, & contra, quæ olim Apocrypha (loquar de Apocryphis negatiuè habitis ab Ecclesia) ab Apocryphorum censura non solum eximi verum etiam inter canonicas Scripturas recenseri, vt in quibusdam Sacræ Scripturæ libris accidit. lege si placet Bonferium in suis ad SS. Scripturam proloquijs. Quoniam verò prout quisq; aliter, atq; aliter erga sua adfectus esse solet, non eodem modo de huiusmodi traditionibus sentire, ac dijudicare omnes solemus. Inde inter Scriptores sententiarum diuersitas, & quod vni est Apocryphum, alijs non item; vel quod argumenta, quæ hunc conuincunt, apud illum ad eò inuicta non sint; vel quod huic multa disquirere, & examinare per otium licuerit, quod illi non licuit exempla obuia cuiq; esse possunt, quæ tamen opportunior in locum seruo. Vnum quod valde facit in rem, de qua agimus, hic adtexam. Gelasius Papa inter apocrypha proscribit Epistolas Christi ad Abagarum Regem, & Abagari ad Christum; non tamen vt ficta damnat, tantum non approbat; approbat nihilominus vtrasq; Sanctus Ephræm in suo testamento, Theodorus Studites in epist. ad Paschalem Papam, Sanctus Augustinus epist. ccxxxvij. scilicet, vt cæperamus dicere, potest vni aliquid esse Apocryphum, quod non alijs, neq; id circo pro falso habendum.

Hæc ideò à me dicta sunt, vt facilè quiuis intelligat, quo loco habenda sit antiqua Ecclesiæ Messanensis Traditio de Pauli Apostoli aduentu Messanam, eiusq; prædicatione, de Messanensium conuersione, & legatione ad viuentem Dei Matrem, deque Epistola eiusdem ad Messanenses scripta, vbi earum rerum firmamenta legerit; tum quâ mente doctissimus Cardinalis Baronius cunctas, quæ à Deipara scriptæ traduntur, Epistolas, siue ad Ignatium Martyrem, siue ad alios inter apocrypha vno  
 false

Orig. ho. 1.  
 in cant.  
 Hier. epist.  
 ad laetan.  
 Aug. lib. de  
 Ciu. 15. cap.  
 23. ex Bel-  
 ler. de ver-  
 bo Dei lib.  
 1. cap. 20.

Iacob. Bröf.  
 in prologis  
 ad SS. Scrip-  
 turâ cap. 3.  
 Sec. 4. & 8.  
 & c. 4. sec. 2  
 & c.

Gel. P. in  
 cau. Rom.

Ephrem.  
 Theod. stu-  
 dit.  
 S. August.

Baron. in  
 annal. ad  
 an. 48.

fusse ablegauerit quippe cum ei de eorum fide, auctoritateque plene haud constiterit, vel quia homini ad maiora occupato non licuit, vel quia inuestigare non libuit. maluit rem omnem vir prudentissimus in medio relinquere aliorum iudicio examinandam, quam ipse non bene auditis partibus statueret. audiant Baronium; qui nobis Baronium obijciunt; Baronij vox illa de apocryphis Traditionibus, *haec cum dicimus, non sic impugnamus, quasi minus vera; quandoquidem non sit impossibile apud Deum omne verbum.* Nimirum maiorem lucem optabarille siue ab historia, siue à veteribus monumentis, siue etiam ab aliorum scriptorum iudicio, auctoritateq; ut sibi affulgeret, quæ sera tamen affulsi præsertim à Lucio Dextro; sed non Baronio vita iam functo (quem librum optare licuit viro eruditissimo, videre non licuit) affulsi à multorum consequentium scriptorum consensu ab antiquis repertis tabulis, à plurimis miraculis, sed de his alibi plenius. Quæ cum ita sint, si in nostra Messanensis Traditione magnam veri probabilitatem inesse; si in Auctoribus, qui eam recipiunt; aut de ea satis honorificè loquuntur, magnam fidem; si tantæ rei memoriam ab Apostolicis temporibus celebrem, indeq; ad Nos deductam ostendamus; non ne ex Apocryphorum centura vendicabimus? quid? si præter scriptorum testimonia, præter firmas, ac solidas coniecturas, vetustaque monumenta addamus firmiter testimonium ab Ecclesia Romana pie nobiscum sentiente ac religionem fouente; ab ipsa Deipara à Deo miraculis rem comprobantibus, acta erit, opinor, causa nostra apud pios Iudices. Deniq; si aduersaria argumenta nihil contra illam valere demonstramus, plene, planeq; rem omnem confecisse quis dubitet? Hoc igitur in consequentibus, ipsa, quæ animum scribendi dedit Virgine duce, ac comite agamus. Et pergo quærere.

*Ad an. cit.*

**AN ET QUOTIES PAVLVS APOSTOLVS MESSANAM**  
*in Siciliam venerit, ibique Euangelium  
 predicauerit.*

**C A P V T V I**

**D**olet, & Iure D. Chrysofomus haud fuisse aliquem qui Sacrorum Apostolorum, à quibus prima fidei rudimenta  
 C hau-

*S. Chry. in  
 argum. epi.  
 ad Philom.  
 nem.*

hausimus, itinera, stationes, peregrinationesq; tum dicta, facta-  
 ue illorum posteris diligentissime quaesita, & consignata relique-  
 rit haberemus profecto Messanenses, vnde, & ad virtutem pro-  
 ficere possemus, nec alijs invidere: cum mihi dubium nullum sit  
 Paulum Apostolum non semel; deinde Apostolorum Principem  
 Petrum Siciliam, & in Sicilia Messanam praecipue suo ipsorum  
 aduentu condecorasse; sed quae est mortalium rerum vicissitu-  
 do, multa, quae olim vel literis concredita, vel maiorum recor-  
 datione vigeant, nunc ob temporum consequentium calami-  
 tatem, & ab historiarum, hominumq; memoria iacent sepulta,  
 & non nisi ab ipsis ruinarum ruderibus partim rubigine excelsa,  
 partim situ obducta, deformataq; si quam lucem iterum aspi-  
 ciunt, vix ea esse, quae fuerant, agnoscas. Itaq; coniecturis ex-  
 piscanda veritas, & exfugientibus vetustatis monumentis colli-  
 genda reliquiae antiquarum memoriarum.

Et quidem ex Sacra historia apud Lucam actorum cap xxviii  
 hoc solum certi habemus, & absq; controuersia, Paulum Apo-  
 stolum triduo Syracusis stetit, cum e Melita Romam ad Ner-  
 onem sistendus solueret. *Et eam venissemus Syracusam*, ait Sacer-  
 historicus, qui & Pauli comes, *mansimus ibi triduo* an vero eo in  
 itinere, an alio, aut Syracusis, aut alibi in Sicilia euangelizauit  
 ex Sacris litteris non satis constat. constat tamen ex Chryso-  
 stomo, qui non vno loco praecipue hom. in acta disertè habet.  
*Pauli predicationem etiam vsq; in Siciliam peruenisse.* Constat ex  
 antiqua apud Siculos Traditione: nam & illum excurrisse per  
 Pachini oras fama est, in cuius rei memoriam praeter loca quae-  
 dam D. Pauli nomine insignia, ad quam illum in transitu diuer-  
 tisse traditur, fontes quidam appulsu eius nobiles, miraculisque  
 clari adhuc praetereuntibus designantur: quae omnia, maxime  
 vbi occasionem mundi, redeundiq; per Siciliam Paulo non vnam  
 fuisse ostenderimus facile conuincunt non semel, neq; per tran-  
 situm, illum in Siciliam venisse. An praeterea, qui est nostrae que-  
 stionis scopus, Messanam vsq; Euangelizando percurrerit, non  
 erit difficile assequi etenim praeter veterem illius Ecclesiae Tradi-  
 tionem, quam supra recitauimus, docent id veteres tabulae, qui-  
 bus adstipulantur antiqua monumenta, & conuincere videtur  
 ratio, quae validis firmata coniecturis, grauissimorumq; Scrip-  
 torum auctoritate subnixae nullo pacto sinit de ea re dubitare.

Nam

Chrysost. ho.  
 in acta c.  
 28.

Nam extat adhuc usque tempora in Mamertino littore vetus Sacellum ad radices magni Cenobij Beadictinorum decimo ab Urbe lapide meridiem versus, dicatum Apostolo Paulo, quod ibi exscensionem fecerit, dum Messanam appeteret, ut constans fama est apud loci incolas. Extat item in ipsa Vrbe celebris memoria Sancti Bachyli primi Urbis Episcopi ab Apostolo Paulo, dum ibi primum euangelizaret, recens a se condite Ecclesie prepositi, quem Octavius Caeteranus in fastis Sanctorum Siciliae ad diem xxv. Ianuarij reponit his verbis. *Messana solemnis processio in memoriam ordinationis, primi Urbis, Episcopi Bachyli a Sancto Paulo.* Et vero, si quis Chrysoptomi verba, que supra attulimus, de Siciliensi predicatione per Apostolum Paulum, nulla certa Sicilia parte designata, de ea, quam Messanę primum ceptam, deinde per alias Sicilię oras prolataam diximus, intelligat, non longę a vero inerit; quippe nunc eiusmodi traditio Chrysoptomi temporibus sue origini propinquior fuerit, remotiorque a barbarorum motibus, tum ab illustribus circumstantijs legationis Messanenensium ad Virginiam, & Virginis Epistolę ad Messanenensium missę clarior, quam dissimulari potuerit; facile fuit ad eius aures pervenisse; maxime cum ex Chrysoptomo habeatur, quod predicante Paulo Apostolo in Grecia plures Italiae Vrbes ad fidem Christi transierint. Certę si L. Dextro homini longę in Hispania degenti inuētio Virginalis Epistolę in Tabulario Messanenensi innotuit, quod circa Chrysoptomi tempora accidisse ex eodem Dextro docebimus; multo magis Chrysoptomum, qui Dextro coęuus vixit, maiorque erat tunc gręcanicarum Urbium inter se, & cum Imperio Orientali communicatio latere haud potuit.

*Ex Marco Antonio Politii in chronol. Regini. L. Dext. ad an. 430. infra cap. 16.*

Sed age solidiora iaciamus nosrę coniecturę fundamenta. Longę apertius habetur Messanam Apostolum venisse, eiq; Ecclesie Episcopum decreuisse ex Gręco codice S. M. quem e bibliotheca vetustissimi Monasterij Sanctę Marię de Trapizomata pauptata prope Oppidum Sanctę Agathę in Calabria subiectum, & in Tabularium Messanenensē relatum constat ex fide publica anno MCCCCXC. In eo inter cęteras Martyrum historias, & Agones extat Sermo XXIII. qui inscribitur ( Martyrium Apostolorum Petri, & Pauli ) a Constantino Lascare, ut ibi prenotatur, latinitate donatus. vbi diferte agitur de reuersione

*Ex Cod. Archini Messanen.*

Orientali Pauli Romam per Inſulam Melitam, & Siciliam; tum de eius appulſu Syracuſas, Rhegium, & Rhegio Meſſanam, cui Eccleſiæ Episcopum Barchyrium præfecit. diceres geminam eſſe hiftoriam cum ea, quæ narratur à D. Luca act. 28. niſi tempora repugnarent eam narrationem vnà cum fide publica alicuius, vt opinor Urbis Notarij ſit, vti ex libro veteri Theſauri Meſſanenſis excepi fideliter ſubtexo.

Sed prius lectorem moneo, hanc tandem narrationem modo reperiri tum Florentiæ in bibliotheca medicæ, tum Meſſanæ in bibliotheca Monasterij S. Saluatoris Baſilianorum, græcè exactam inter opera S. Ioannis Chryſoſtomi quod Laſcari non videtur innotuiſſe; nec enim diſſimulaſſet, quæ res magnam debet illi conciliare authoritatem. Et ſi enim non redolet ſtylum endomiaticum Chryſoſtomi, non abhorret ab hiftorico, & rituali eiufdem. Ex hac autem collatione ſcriptionum duo aduerto (nam alia quædam, quæ facile vel eluuntur, vel conciliantur relinquo eruditioni Benedicti Saluago viri græcè, latinæque docti diſcutienda) primum Laſcariſ versionem fuiſſe ad ſenſum, non ad verbum præterea illum in ſuo M. S. codice legiſſe Barchyrium, non Bachylum, & ex vero; nam Bachylus multis annis ante, & in primo Pauli aduentu Meſſanæ fuerat creatus Episcopus. ſed de hac re inferius dicetur; nunc, quod promiſimus ex veteri M. S. Tabularij Urbis Meſſanæ proferimus.

DIE XIII. SEPTEMBRIS IV. INDICT.  
MGGCCXC.

**P**reſentatum fuit, & eſt in Officio Dominorum Iuratorum Nobilis Ciuitatis Meſſanæ volumen in charta membrana veterriſſima in lingua græca deſcriptum litteris bene compoſitis, & correctis, qui liber ſeruatus erat in bibliotheca Monasterij Sanctæ Mariæ de Trapizomata prope terram Sanctæ Agathæ, Prouinciæ Calabriæ in Diaceſi Ciuitatis Rhegi. in quo quidem codice erant deſcriptæ, & compoſitæ nonnullæ homiliæ, & Sanctorum Martyrum hiftoriæ, & agones, & præcipuè Apoſtolorum Petri, & Pauli. In eodem libro ſer. XXIII. hæc referuntur ex Græco in Latinum traducto per Dominum Conſtantinum Laſcariſ.

MAR.

MARTIRIVM APOSTOLORVM  
PETRI, ET PAULI.

**D**um Sanctus Paulus Apostolus à Melita, & Gaudisio Insulis recessisset, ut se ad partes Italia conferret, Iudei qui tunc temporis Roma erant, intellexerunt Paulum Romæ affuturum, & propterea maxima affecti molestia ad semetipsos dixerunt: non satis est omnes fratres nostros affectisse molestia in Iudæa, & Samaria, & Palestina; adhuc quoque venit arroganter à Casare postulans, ut nos perderet Concilium fecerent Iudei contra Paulum, & cum multa tractauissent, placuit eis, Neronem adire ne permitteret Paulum Romanam intrare, & offerentes munera dixerunt: te uehementer rogamus, & Imperator bonæ, ut omnibus tui Imperij prouincijs scribas, ut Paulus huc nequaquam accedat, sufficit enim nobis molestia, quam à Petro pertulimus. hæc audiens Nero respondit, fiat iuxta petitiones uestras, & scribamus per omnia loca, ut Paulus in partes Italia non accedat: hoc quoque Simon magus consuluit, bis itaque gestis nonnulli nouiter Christiani moniti à Petro ad Paulum legatos miserunt huiusmodi scripta ferentes. Paule serue legitime Domini nostri Iesu Christi, ac Petri fratris Apostolorum primi, audiuius à Iudeorum Magistris hic existentibus, eos à Casare petiisse, ut omnibus prouincijs scriberet, te interficiendum, ubicumque inuentus fores. Nos uero credimus, quod quemadmodum Deus luminaria magna duo fecit non diuidi, ita ut uos duos minimè diuidet, nec Petrum scilicet à Paulo, nec Paulum à Petro; Sed uero credimus in Dominum nostrum Iesum Christum; in quo baptizati sumus; dignos nos fore uestra doctrina. Paulus recipiens duos viros missos cum Epistola XX. die mensis Maij, promptus factus est, & gratias egit Domino nostro Iesu Christo; ac nauigans à Melita, & Gaudisio non per Africam in Italia partes, sed in Siciliam Syracusas se contulit cum duobus uiris missis ad eum, ac inde Rhegium Galabrie unde Messanam Nobilem Siciliae Ciuitatem peruenit, ubi Episcopus Barchyrium nomine constituit. Mox Messana digrediens Tendule applicuit mansitans ibi per unam noctem, sequenti die Puteolos concessit. Hæc ea in narratione habentur, deinde sequitur historia, quemadmodum Romæ cum Simonemago congressus est.

Ex qua narratione multa lucem accipiunt, Et primum hinc facile est deduci, pluries Paulum Messanæ in Sicilia fuisse. ete-

nim

Vulgo il  
60770.

nim aduentus iſte de quo hic agitur, quippe martyrio Pauli, eiufque cura mago Siculo concertationi proximus, non niſi anno Chriſti lxxvij. contingere potuit, & Deipara in Cœlum iam aſſumpta, cum tamen multis iam annis ante. Ex eius Eccleſiæ Traditione Meſſanenſes Pauli prædicatione fidem Chriſti ſuſcepſiſſe, & ad viuentem Deiparam legatos deſtinari oportuit. vt ex annexata Epistoſa Virginalis, & alij coniecturis clarum fiet. Alterum, quod inde conſequens eſſe videtur, eſt, non vnum, eundemq; eſſe hunc Barchyrium, qui hoc in itinere dicitur datum Episcopum Eccleſiæ Meſſanenſi, cum illo Bachylo, quem primum Meſſanz Episcopum ex vetere traditione ſtatuiamus; ſi enim multò ante, hoc eſt, vt nos putamus, circa annum Chriſti xlii. Eccleſia Meſſanenſis Pauli opera fuit inſtituta; ſtatim, qui eam reget, Episcopus debuit deſignari: id enim poſtulabant fidei naſcentis exordia, id Apoſtolorum conſuetudo. Porro Barchyrius non niſi vigefimo poſt anno, ſcilicet, ad annum Chriſti lxxviii. ex ſupradicta narratione Episcopum Meſſanz creatur. Quare non rectè meo iudicio faciunt, qui Bachylum, & Barchyrium ex nominis cognatione, & ignorantia diuerſorum itinerum Pauli Apoſtoli in Siciliam, confundunt vel igitur dicendus Barchyrius in demortui prioris Episcopi Bachyli locum ſuſſectus, vel in illius adhuc viuentis ſucceſſorem ſubſtitutus, vt Taurominij cum Pancratio Petrum, dum illæ tranſiret, feciſſe legimus.

Ex Methaph. orat. de  
SS. Apoſt.  
29. Iunij.

Sed, & illud tertio loco hic ſtatui poteſt ſatis verò ſimiliter, ſi putemus tam Bachylum, quam Barchyrium vtrumq; Ciues Meſſanenſes fuiſſe fauent ſuſpicioni Sacri Canonis, vt videtur eſt diſt. lxi. cap. xvi. vbi cauetur. *Nullam de alia Eccleſia eligendum in Episcopum alicuius Eccleſiæ, niſi in propria non inuenerit idoneum,* quod decretum vel ab ipſis Apoſtolis fuiſſe obſeruatam docent Sacre Hiſtoriæ, & firmat ipſius Pauli in condendis Eccleſijs conſuetudo. Sic ſcimus Dionyſium Areopagitam Athenienſem primum Athenienſibus Episcopum ab ipſo Paulo præpoſitum, Sanctum Epraphram Colloſenſem Colloſenſibus, Sanctum Ariſtarchum Theſſalonicenſem Theſſalonicenſibus; & (vt innumeros alios miſſam) Sanctum Publium Melitenſem, Melitenſibus datum; cur non & Bachylum, & Barchyrium vtrumq; Meſſanenſem Meſſanenſibus in Episcopum ordinatum à S. Paulo ſen-

sentiamus, cum non aliunde ab Apostolo allatos, sed Messanæ eos constitutos Episcopos legamus?

Illud etiam mihi volo aduerti (quod in consequentibus iuuabit meminisse prudentem lectorem) cum hic mentio fiat itineris Pauli ex Melita Syracusas, Syracusas Rhegium, Rhegio Messanam, quod magnam habet affinitatem cum eo, quod recenset Lucas act. 28. facile fuit inde erroris occasionem accepisse eos, qui in vulgus iactarunt, Apostolum Paulum tunc primum Messanam appulisse, cum vincetus ex naufragio Melitensi, & statione Syracusana Rhegium deuenit: turpiusq; erratum ab alijs, qui eius erroris auctorem faciunt Constantinum Lascarem, cum longè id sit à veritate, & ratione, nec ab ipsa scripta Traditione, aut à Lascare discere vniquam potuerint. Deniq; hæc historia, in qua habetur hæbreos ad omnes vbiq; gentes Epistolas dedisse aduersus eos, qui christianam fidem promulgabant, potest optimè firmari ex similibus; quæ eruditè congerit Franciscus Buararius in comment. ad L. Dextrum ad an. xxxv. ad quem, ne longior sim, lectorem remitto, sed ad nostræ tractationis filum redeamus; & quoniam Apostolum Paulum non semel Messanæ in Sicilia fuisse aduertimus, quoties, & quando id contigerit vterius inquiramus.

*Fræc. Buar.  
ad l. Dextrum  
ad an. 35.*

Stando rationi, verosimilibusq; coniecturis aio, ter illum, cū sui esset iuris, euangelizando per Siciliæ oras liberè excurrissè (nam quod ex naufragio Melitensi vincetus Syracusas, in transitu fuerit, extra controuersiam est) ea autem in excursionem de more nouas fundasse Ecclesias, fundatas confirmasse, nec vno Insulæ loco consedisse, sed multa suo consecrasse vestigio, miraculis nobilitate, facili negotio suaderi potest, si illum sua voluntate liberè peregrinantem ter per siculum mare iter capeissentem aduertamus, semel ante, iterum atq; iterum post Neronianum carcerem: videlicet primum, cum Romam, Hispaniamq; cogitans, (ad quas tamen tam citò, vt optabat, intermediarum gentium conuersione pluries impeditus peruenire non potuit) cepit suæ perditionis rete expandere ab Ierusalem, & per circumiacentes Graciæ Regiones in qua magna retis Evangelici expansione inclusam quoq; Siciliam tunc temporis græcissantem ita probabiliter putamus, vt à Chrysostomo, & ab ipsa Sacra Scriptura firmamentum accipere hæc cogitatio videatur, de qua

quæ re infra pluribus. Secundum, cum exacto Romæ in vinculis biennio Hispaniam, Galliam, ac deniq; per Italiam, & Sicilia Orientales reuifurus Eccleſias, vt fuerat pollicitus, peragravit circa annum Domini ex veriore ſententia LXV. nec diſſentiant Auctores, qui de Pauli aduentu in Siciliam ſcribunt. Tertium, vbi poſt liminio tandem ex Oriente reuertens per Siciliam, & Italiam Romam fecit ſuæ viæ, vitæq; metam ad annum Domini ſcilicet lxxij. vt ex græco codice ſupra didicimus, & ex Pauli munere pronum eſt ſuſpicari. Et quidem in ſtatuendo anno ſecundi, & tertij aduentus in Siciliam non eſt multum operis, cum ab anno lxxij. Chriſti, qui fuit poſtremus Neroniani Carceris vſq; ad Pauli necem, quæ incidit in annum lxxix. ſeptennium fluxerit, quo Paulo orientis partes obeunti, dum iret, dum rediret facile fuit Siciliam attingere de tempore igitur prioris aduentus difficultas eſt ob magnam ſententiarum varietatem, de qua re capite vij. & viij. Interim Chryſoſtomum audi Paulum, dum Siciliam Euangelizando peragraret cum Platone ter in Siciliam profecto componentem ſic ille hom. 2. in Epift. ad Romanos, à qua noſtra ſententia de Pauli Apoſtoli aduentu in Siciliam, multum firmamenti accipiet. *Vbi obſacro nunc ſunt, quos Græcia ſapientes habuis, iſdem barbam ſubmittentes ex horridibus amiſti magnopere intumeſcentes, ac turgidi? en Tabernaculorum texendorum artiſex non ipſam tantum Græciam, ſed etiam & Barbaram terram omnem conuertit; cum qui apud illos, qua ageretur, qua circumageretur Plato, ter in Siciliam profectus, &c. At tabernaculorum texendorum artiſex hic non Siciliam modo, atq; Italiam, verum uniuerſum terrarum Orbem, verbum Dei peragrans prædicauit.*

Quod ſi Apoſtolum Paulum ter in Siciliam profectum ſtatua-  
mus, ter quoq; eum Meſſanæ fuiſſe audacter, & cum magnâ veri  
probabilitate pronuncio: ter ſiquidem per fretum Mamerti-  
num ei ire, redire licuit quis autem credat, gentium, & præci-  
pue Græciæ Italiaq; Apoſtolum, & qui ex magno animi ardore  
pro animorum ſalute longinquas, ſuſcepiffet peregrinationes ad  
Perſas, Armenios, & Saracenos vſq; ad aliasq; diſſitas nationes,  
vt ex Chryſoſtomo colligirur, quiq; gauderet dum omnimodo,  
& quacumq; ex occasione Chriſtus annunciaretur, quis inquam,  
credat illum per Mamertinum fretum euntem, redeuntem, ſem-  
perq; Euangelizantem, Eccleſias aut ſtatuentem, aut de ſuo  
munere

Apud Cor-  
nel. in aſt. 1  
28. & Alim-  
ſus. in vita  
S. Pauli lib.  
6.

Chryſ. hom.  
2. in Epift.  
ad Rom.

munere statutas inuisentem, Messanam celebre tunc temporis Siciliæ emporium, quam nuper sacro baptisate Christo pepererat, & quæ primogenitura inter Siciliæ Ecclesias gaudebat, intactam, insalutatamq; quoties illac transfret, præterisse?

SATISFIT ARGUMENTO EX INNOCENTII PAPAE I.  
*verbis desumpto.*

C A P V T V I I.

**V**erum huic Siciliensi prædicationi in vniuersum obstat præter Lucæ silentium, de quo alias Innocentij auctoritas quibuslibet coniecturis præferenda. Innocentius igitur Epistola prima ad Decentium Eugubinum Episcopum, & refertur in Decret. dist. xi. cum dixisset, seruari debere quæcumq; à Petro Apostolo Romanæ Ecclesiæ tradita erant, continuo subdit *presertim cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispaniam, Africam, atq; Siciliam, Insulasq; interiacentes, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos Venerabilis Apostolus Petrus, aut eius successores constituerunt Sacerdotes; aut legant, si in ijs Prouincijs alius Apostolorum inuenitur, aut legitur docuisse, quid apertius?* Innocentio adstipulatur Magnileo, & Gregorius, ille epist. iv. hic in regist. lib. vij. Epistola lxiiij. Indict. rj. vterq; clamat, à Diuo Petro Ecclesiam Siculam originem habuisse, rem omnem firmare videtur antiqua historia de SS. Episcopis Pancratio, & Martiano Ecclesijs Fauromitanæ, & Syracusanæ à D. Petro, dum adhuc Antiochenam teneret Ecclesiam, præmissis. Lege Nicephorum, & Sophronium, ex quibus disces, ab Apostolorum Principe plures in Sicilia Episcopos creatos esse, his adde Hugonem Aetherianum lib. 3. de Spiritu Sancto cap. xvij. & Democharem de Sacrificio Missæ tomo. 3. cap. ij. aientes, *Petrum magnum Christi Apostolum in omnibus ferè Syriæ, Cappadociæ, Phrygiæ, Macedoniæ, Hellados, Cypri, Epyri, Siciliæ, Italiæ, Galliciæ, Hispaniæ, ciuitatibus Episcopos statuisse, quis tantorum Pontificum*

*Innoc. Pap. 1. dist. 2. c. quis nesciat*

*Leo Pap. ep. 4. Greg. regist. lib. 7. epist. 63. Indict. 2*

*Niceph. lib. 1. cap. 31. Sophron. in vita Apostol. Petri, & Pauli. Apud Albert. Piccolum de antiquo iure Eccles. Sicula c. 5.*

tificum, ſcriptorūne auctoritatem eleuet? aut non magni faciat?

Sed vt hinc reſpondendi initium faciamus; commune eſt argumentum iſtud, non tam Siculis modò, quàm Italis, Hispanis, Gallis, alijsq; ſoluendum, qui prima fidei rudimenta non à D. Petro, ſed ab alijs Apoſtolis ſe accepiffe gloriantur. Et verò, ſi quid inde contra nos probatur, plurima veterum memoria- rum, hitoriarumque documenta vana, fictaq; fateri neceſſè fuerit, reclamantibus communi conſenſu ſcriptoribus, reclamante Eccleſia vniverſa, quæ in Sacris factis plures recenset Episcopos in Italia, Gallia, Hispaniaq; à Barnaba, à Iacobo, à Paulo illis primum Eccleſijs conſtitutos, antequam Petrus ab Oriente pedem efferret. quid faciat Africa, quæ ex Dorotheo, Auguſtino, & Nicephoro primum ſuæ fidei proſeminatorem agnoſcit Simonem Chananzum? certè Melita (vt de interiacentibus Inſulis aliquid dicamus) recolit memoriã Sancti Publij, quem ea in Inſula, dum à naufragio hyemaret Apoſtolus Paulus, recens à ſe fundatæ Eccleſiæ Episcopum præfecit. Et ſi Creta vna eſt, Innocentio de Interiacentibus Inſulis, primus illi Episcopus non à Petro, ſed à Paulo ſtatuitur, vt ex cap. 1. Epist. ad Titum li- get cognoſcere. Sed oppoſito argumento directè reſpondeamus.

Igitur ne Innocentium in tanta luce erraſſe dicamus, in com- modioſorem ſenſum eius verba trahenda ſunt. Putant aliqui eum locutum de Vulgi ſenſu, & opinione (idem iudicium eſto de Leone, & Gregorio) vel vt hominem non omnia aſſecutum; nec enim ſcire fas eſt omnia, maxime Italia, Hispania, & demū Sicilia tot detrita bellis, toties barbarorum vaſtata incurſibus, ſacris memorijs, vel omnino obliterated, vel ex hominum me- moria deperditis, & altæ obliuionis tenebris depreſſis. Aptius alij id fortaiſſe ab Innocentio dictum volunt, quod cæteri Apo- ſtoli ante Petri aduentum in ijs Prouincijs non ex profeſſo, ſed in tranſitu docuerint, Eccleſias conſtituerint, Episcopos initiaue- rint, nec cum ſequela magni fructus, vt loquitur D. Thomas in prologo ſuper Epistola ad Rom. Gloſſam ſecutus. quid? ſi dica- mus Innocentium tã conſtanter aſſeruiffe occidentales Eccleſias Siculã præſertim, ab Apoſtolo Petro erectas, quia ipſe omniũ Ec- cleſiarum caput? nam Petro, vt loquitur D. Ambroſius, Apoſtorū

Prin-

Ex Baron. in  
not. ad mar-  
tyr. ad diem  
11. Junij.

Gloſſa. & d.  
Tho. in epist  
ad Roman.

*Principi, eiusq; interris Vicario delegauerat Saluator curam Ecclesiarum, eiusq; potestatis, & muneris fuit Apostolorum quemq; in suas destinare Prouincias. quod & ratio dicit, & confirmant Auctores. Ita ex verosimili Innocentium, Leonem, Gregorium; intelligant alij pro alijs Prouincijs. nobis satis superq; sit Glossæ auctoritas sic Innocentij verba explicantis, vt non putet discrimen vllum fuisse inter Petrum, & Paulum in Ecclesiarum constitutionibus; vbi enim ait Innocentius manifestum est in omnem Italiam, Gallias, Hispaniam, Africam, atq; Siciliam, Insulasque interiacentes nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos Venerabilis Apostolus Petrus, aut eius Successores constituerunt Sacerdotes, &c. apte, & ad rem nostram subdit Glossa, aut aliquis alius ex eius mandato, vt Paulus, nam Petrus Paulo dedit licentiam prædicandi auctoritate Domini, quæ verba intelligi debent non de absoluta auctoritate, quam immediatè à Christo habuit, vt & cæteri Apostoli, sed de prouinciarum designatione. Adde, & aliam Glossam Archidiaconi ad illa verba Pontificis aut legant, si in ijs Prouincijs, alius Apostolorum inuenitur, aut legitur docuisse, addit ille de suo maioris explicationis gratia, nullus nisi Petrus, vel ab eo missus. Igitur si dicamus Paulum à Petro destinatum in Græciam, Italiam, & Siciliam tamquam in communes vtriusq; Prouincias, (quem idè consortem suæ prædicationis, & coapostolatus susceperat, quod & Coapostoli cognomen nulli alij Apostolorum, nisi Paulo concessum conuincit) facta iam orbis partitione inter cæteros Apostolos; optimè dici potest, tum à Paulo, tum à Petro Ecclesiam Siculam originem habuisse, quia Paulus à Petro in Siciliam missus: quod, & Petri auctoritate satis consonum, nec à Pauli humilitate alienum. Inde est quod aliquot Ecclesiarum primordia tum Petro, tum Paulo referantur, & ita conciliandi, qui Ecclesiæ Antiochenæ Ignatium à Petro, & qui à Paulo præfectum volunt quid? quod etiam & Romanam ob eandem rationem ab vtroque excitatam affirmant alij: nec ab simili modo Cæterarum Ecclesiarum Occidentalium siue, vt loquitur alter Innocentius, omnium institutionum, caput dici potest Petrus; quia quicumque alij ab eodem ad prædicandum præmissi; & qui per alios facit verè, iureque per se ipsum facere dicitur. Itaque statuto vt certo Paulum Mes-*

*Pro Chorus initio sue histor. & D. Chrysof. bo. 87. in Io.*

*Glossa ibid.*

*Serar. in Paulo X. par. 3. nu. 60.*

*Ex Gasp. Sancio tract. 3. de prædicat. Jacobi in Hisp. c. 1. n. 4.*

*apud Serar. in Paulo X. par. 3. n. 60. Innoc. 3.*

sanæ non semel in Sicilia fuisse, ibidemq; Euangelium prædicasse, vt ex multiplici coniectura restat probatum, ampliusq; in consequentibus probabitur, illud sequitur inquirendum, quo demum anno id primum probabiliter contigerit.

DE TEMPORE, QVO APOSTOLVS PAVLVS  
Messanam primum venit, varia referuntur,  
& reijciuntur sententia.

### C A P V T V I I I .

**D**Vbia res, sed grauis difficultas, & à qua, vt dixi, reliquarum difficultatum pendet solutio, nec est facile dinare. Multi multa eorum refero sententias, vt quæ magis traditioni, rationiq; congrua, ea demum repudiatis alijs stabiliantur. Illa verior habenda, quæ traditionem cum recta Chronologia consentire, nec à sacris literis dissentire conuincat. hic lapis Lydius in hoc cardine tota difficultatis ratio vertitur, & hæc querenda concordia. Cætera leuia sunt.

Vulgus igitur (cum vulgus dico, clamydatos etiam cum Seneca intelligo, & qui vulgi sensui parum consideratè inhærent) tum temporis Apostolum Paulum Messanam primum venisse, autumat, cum victus ad Neronem nauigans per Melitam, & Syracusas Rhegium appulit: tum quia paruo maris traiectu distat Rhegio Messana, tum etiam quia ex ipsius scriptæ traditionis verbis videtur id posse colligi, vbi dicitur. *cum beatus Paulus Apostolus esset in Calabria in Ciuitate Rhegij euangelizans omni creature Euangelium Domini, &c. fuit vocatus mirabili deuotione à Populo Messanensi, vnde venit, &c.* tum deniq; quia Paulum Rhegij fuisse nusquam aliàs reperiatur ex Sacra Historia, nisi cū in vinculis Romam nauigaret, vt habetur actorum capite xxviii. vnde factum est, vt ex vulgi opinione tunc, non ante, nec post, Paulus Messanam venisse diceretur, quæ vulgi vox non benè examinata ansam dedit doctis alioqui viris de veritate huius traditionis subdubitandi; eo enim in itinere ob diurnam Rhegij stationē, & Pauli victi conditionem nec Messanam adire, multò minùs, vt habetur ex traditione; biduum prædicare, solum oculis

oculis salutare potuisset. quasi verò non aliàs Paulus Rhegij Messanæq; esse potuerit, aut Pauli itinera omnia Sacris literis claudinecessè sit; quod vtrumq; leue est, & satis frigidum argumentum; quamuis nouatoribus nostri temporis perfamiliares sit negare traditiones, quæ de Sacris Scripturis vim non habent. sed hi dum cæcum sequuntur dncem, facti sunt sibi erroris discipuli, alijsq; errandi Magistri. Quia sentiunt, duo peccant, quod nec tempori, nec Sacræ Scripturæ coherentia loquantur non tempori; nam Epistola Deiparæ Virginis ad Messanenses; quæ ex occasione aduentus Pauli Messanam scripta traditur, anno Christi xliij. consignatur, qui fuit primus Claudij: nauigatio Pauli de qua habetur apud Lucam, non nisi in secundum Neronis annum, hoc est Christi lix. contigit ex Eusebio, Hieronymo, & alijs. Dices non valdè laborandum anno datæ Epistolæ, qui vel ascititius esse potuit, vel vitiatus accipio; sed miror Lascarem, Mutium, cæterosq; graues autores, qui traditionis Ecclesiæ Messanensis meminere, & Virgialem Epistolam suis scriptis inseruere, vt rem valdè probabilem tam insignem errorem, aut non vidisse, aut dissimulasse, non d. facile crediderim. Igitur nec in anno siue ab ipsa Virgine, siue ab alio adiecto, erratum, puto, quod alibi plenius examinatur; sed potius aduentum Pauli Messanam in aliud commodis tempus retrahendum, vt cum anno datæ Epistolæ alijsq; coniecturis concordet. Magis illud vrget, quod hæc sententia satis apertè pugnet cum Sacra Historia, vbi habetur Paulum Rhegij per vnum diem constitisse, sequenti die puteolos rectè contendisse. *Inde, ait Sanctus Lucas, circumlegentes deuenimus Rhegium, & post vnum diem flante Austro secunda die venimus Puteolos, distant autem Puteoli Rhegio ad quadrigenta passuum millia, quod iter non nisi continenti, & irrequieto cursu fieri oportuit; & validè flante Austro, quod notanter additum à sacro Scriptore pro causa cur tam breui vnus diei spatium tantum iter confici potuerit; quod maximè verum; quia non dum ex acta hyeme hæc contingere, & frequenter, vt est apud Tragicum Auster sicula disturbat freta vel le autem eo in itinere, quod tam exactè à Luca describitur, vnoque die tam multa concludere, quæ Messanæ accidisse ex traditione habentur, scilicet aduentum Apostoli, eius prædicationem, Urbis conuersionem, Episcopi electionem, legat omnis adog-*

Luc. 11. 22. 23. 24.

Act. 11.

Senec. in Hipp. act. 4.

adnotationem, ſunt meræ nugæ, & vulgi ignari hiftoriarum, falſæ perſuaſiones. Neque verò hoc monſtrum vnquam docuit Laſcaris, vt non rectè quis exiſtimauit; neq; ex verbis traditionis, neq; aliunde, vt ſupra aduerimus, elici poteſt; cum in ea nulla profectio illius, cuius meminit Lucas, mentio fiat. quinimò ipſa verba tum traditionis tum græci codicis ſupra recitati contrarium docent, & aliud tempus designant; nec enim quod valde aduertendum eſt otioſè additum verbum illud in traditione cum *B. Paulus Apoſtolus eſſet in Calabria in Ciuitate Rhegij euangelizans omni creatura, Euangelium Domini, iuxta illud D. Marti Cap. xvi. &c.* designat autem, & liberam Pauli prædicationem, & diuturnum, non liurnum prædicationi tempus impenſum, quod oportuit eſſe ei ante, vel poſt illam nauigationem. Ergo, vt dixi, falſa hæ vulgi opinio, quod docendum, potius, quam ſequendum à octis viris: falſus quoque Octauius Caietanus apud Cornelium lapide exiſtimās ſuæ Iſagoges cap. xxij. Laſcarem in ea ſententi fuiſſe, falſi quoq; omnes ij, qui ex hoc errore vnà cum Chriſtoparo à Caſtro falſitatis, errorisque noſtram Traditionem, Virgiſq; Epiſtolam euincere conantur.

Ioſeph Itaq; Bonfilius Miſanenſis Siculæ, patriæq; ſcriptor hiftoriæ in ſua Meſſana hanc Charybdim aduertit, ſed eam dum vitæ ſtudet, malè cautus i Scyllam incidit. Putat igitur Bōſius, Apoſtolum è Græcia i Siciliam prædicatum deſcendiſſe quidem ante Romanam profectioem, ſed circa id tempus, quo tempore, vt habetur actorum ap. xiv. vna cum Barnaba conſtitutiſ per Eccleſias præbyteriſ, confirmatiſq; diuerſis in locis fidelibus, venit Pergen, deinde in Italiam, huius autem Italici itineris mentionem fieri exiſtimat à Sacro Scriptore ibidem illis verbis. *Et cum conſtituiſſent illiſ per ſingulas Eccleſias Præbyteros, & oraſſent cum ieiunationibus commendauerunt eos Domino, in quem crediderunt, tranſeunteſq; Piſidiam venerunt in Pamphyliam, & loquenteſ verbum Domini in Perge deſcenderunt in Italiam,* ex quo loco ſatis ſibi credidit eliciſſe tempus, quo Paulus in Siciliam venire potuerit. Et poterant hanc coniecturam alia ſibi perſuadere, ex nonnullorum grauium Auctorum ſententia apud Baronium, circa id temporis Barnabam Pauli comitem apud Romanos fuiſſe dicentium. Verum Bonfilius rem non benè concoxit, atq; in voce Italiæ bis deceptus; & quod pro Attalia, vt fere habent

• *ſau. Caet. Iſag. c. 22. apud Corn. in off. c. 28.*

*Vide Thom. Maſſus. in viſa S. Pauli lib. 5. c. 8. Baron. in not. ad martirol. ad diē xi. Iunij.*

habent omnes Codices Græci, Syri, Latini, in aliquod corruptum exemplar incidens Italiam legerit, & quod eam regionem Siciliæ ad finem crediderit: male vtrumque nam ex Strabone, Ptolomæo, D. Hieronymo, alijsq; Scriptoribus, non est regionis nomen, sed potius Pamphylæ Urbis maritima, & Græciæ statio, longeq; ab Italia nostra; quamquam non latet in margine regionum bibliorum, & in Vatablo notatam Italiam, pro Attalia, siue Natalia, vt habent aliqui, sed perperam: ideo Magister hist. scolast. ad tollendam omnem ex nominis adfinitate, ambiguitatem, Italiam Ciuitatem appellat. Quare satis infirma hæc pro Bonfilio coniectura; & si annorum, temporumque concordia inter aduentum Pauli in Italiam imaginatam, & Epistolam Deiparæ scriptam exigatur, nulla: nam hoc accidit anno Christi xlij. Illud ex veriore Chronologia anno xlviij. idest sexennio post.

Ex Lorino  
in acta ad  
c. 4.

Ex Cornel.  
& alijs in  
act.

Syluester Maurolicus magni Maurolici nepos in libro, cuius inscriptio, Religionum Oceanus, existimauit se omnes difficultates iugulasse, si diceret Messanenses ad Pauli predicationis famam, non ad viuam vocem conuersos, allegatq; pro se Chrysostomum aientem *predicante in Græcia Paulo, multas Italie Vrbes ad Christi fidem, religionemq; venisse*, quem etiam locum Crisostomi citat Marcus Antonius Politus in chronico Rhegino, sed neque inde quidquam solidè conficit pro se ex Chrysostomo; cum & Siciliam magnæ Græciæ ad finem sub Græciæ nomine non repugnet intelligi, enim verò hoc est Traditionem veterem non tueri, sed euertere, quæ apertissimè habet *Paulum Apostolum Messanam Rhegio accitum venisse, ibiq; predicasse, & campum maiorem cauillandi aduersarijs aperire*.

M. Ant. Poli<sup>9</sup>  
in Chron.  
nic. Rheg.

Reiecta Maurolyci coniectura ad aliam deuenio, quam, & viris eruditis placuisse video, nec sua caret probabilitate. Octauius Caietanus vir de SS. Siciliæ benemeritus in sua Isagoge cap. xxij. tum pleriq; alij recentiores, qui in hac veritate vestiganda suam nauarunt operam, tunc primùm verosimilitùs existimant, Apostolum Paulum Messanam tetigisse, cum post Romana vincula, liber Orientem repeteret. Orientem repetiisse carcere Neroniano solutum conuincunt illarum Ecclesiarum traditiones, & concursus Scriptorum consensus; tum ex posteriore ad Timotheum Epistola id clarè se colligisse credit Cardinalis Caietanus, Sicq;

Apud Cornel. in act. c. 18.  
Thom. mas-  
suc. in vita  
S. Pauli lib.  
c.  
Melchior  
Encofer. c.

In 2. ad Ti.  
mor. c. 4.

Sicq; omnia, quæ ex traditione habentur de Pauli prædicatione, de Episcopi consecratione, deq; legatione ad Virginem viuentem instituta, bene per illos, coherere, videntur nam. quod de anno datæ Epistolæ Virginalis à nobis obijcitur, facile soluitur, si scilicet parua notulæ arithmeticæ transpositione, ( quod librariorum errore euenire potuit ) pro xliij. ponatur lxij. an verò, & luna xxvij. hoc ipso anno cadat in iij. Nonas Iunij ipsi examinent si velint tueri vt autem hoc vltro demus, illud omnino non placet, quod Deiparæ ætatem ad annum lxxvij. & eò amplius extendere cogantur, vt ex recta annorum putatione est colligere. Nam Paulus Romam nauigauit anno Neronis ij. Christi lix. vt in confesso est apud omnes; Romæ biennium totum expleuit in vinculis. his si addas annos quindecim, quibus ætate anteibat Mater filium, eosq; simul computes, emergent anni lxxvi. & amplius. Sed neq; hoc liquidum, nam veriùs est ex actis Romanis vinculis Paulum priùs contendisse in Hispaniam, deinde per Italiam, & Siciliam in Orientem abiisse, vt videtur innuere Gregorius, dum immediatè post romana vincula Hispanicam recenset profectionem. magis apertè Chrysostomus in hæc verba; *videas illum ab Ierosolimis ad Hispanias usq; currentem, cum igitur Romæ, biennium Paulus exegisset in vinculis, tandem dimissus est, deinde in Hispaniam profectus.* Metaphrastes ex Eusebio in hist. Eccles. post Hispaniam, & Galliam à Paulo lustratam, reponit Italiam. Theophylactus rem omnem paucis complexus, *post hec, inquit, in hispaniam profectus, inde fortasse hebreos, Romam postea redijt, unde eò à Nerone est sublatus,* in Hispania autem fuit Paulus ex Lucio Dextro in suo Chronico ad annum Christi lxiv. quæ res si ita habent, manet vt supra laudati auctores Deiparam Virginem Octogenariam faciant, contra communem Ecclesiæ, doctorumq; sensum.

D. Greg. lib.  
31. moral. c.  
32.  
Chrysost. ho  
mil. 76. in  
Matth.  
Metraph. ser  
mon. de SS.  
Apostol. ex  
Euseb. lib. 2  
hist. eccles.  
Theoph. in  
presat. ad e-  
pist. ad heb.

Scio non illibenter à quibusdam, ( qui in suo sensu abundare volunt, sed an ex solido fundamento, ipsi viderint ) id deuorari, veterum Auctorum, vt ipsi putant, auctoritate eius sententiæ corypheos producant Andream Cretensem, Michaellem Glycā, Metaphrastem. Sed nec hi vinqum hoc docuere; tantum habent Dei parentem ætate prouecta concessisse, deuenisseque ad multam Senectutem, & ad summam ætatem, quæ omnia non conuincunt illam octogenariam, cum, & septuagenariæ etiam possint

Vt est apud  
Anonym.  
apud meta-  
ph. & refer-  
tur in bibli-  
oth. hom. in  
festonar. V.

possint cōuenire. Et quidem Andree Cretenensis sententiam, cuius perpetuus sectator est Glycas, sequutus est Epiphanius Presbyter Constantinopolitanus in vita Virginis ad suam firmandam, qui cum Gedreno, & alijs sentit, eam ætatis suæ anno lxxij. mortalitate expleta in Cœlum conscendisse, quæ hodie communior est inter Scriptores. Neq; verò Auctor anonymus, qui post D. Anselmi opera circumfertur, si benè eius de ætate Virginis computus examinetur, id habet, vt à plerisq; animaduersum; quin potius ex ipsius annorum supputatione lxxij. non lxxxij. (vt male Typographorum errore in contrahenda summa legitur) resultant: quare pro tam minus firma opinione, neq; illi Auctores adducendū, & iste potius corrigendus. Sed neq; ex hac sententia potest commoda dari ratio, cur Petrus Apostolus Syracusis, Catanæ, Taurominij, & Paulus Rhegij Episcopus adsignauerint, non Messanæ, quæ in eadem maris vicinia, & fama nobilis, & obuia Romam nauigantibus. Præterea si ex traditione Rhegio dicitur vocatus Paulus Messanam, si itineris ratio habeatur, procliuus est colligere id accidisse Paulo ex Oriente venienti, quam in Orientem reuertenti, tum maxime si Rheginam traditionem, veteresq; eius Ecclesiæ tabulas audiamus, quibus disectè habetur, Paulum Rhegionibus Stephanum Nicænum dedisse Episcopum, quem secum ex Græcia itineris comitem duxerat; Rhegina autem statio, vt è Græcia nauigantibus primo occurrebat, ita prædicationis gloriam Messanæ præuertere potuit.

*seu de dormit Virg.*

*Ex Christoph. castro in hist. deip. lib. et Alph. Salmer. in Eua-gel.*

Mitto ex hac etiam sententia fraudari ex parte primas Protometropolitane Ecclesiæ Messanensis, quas illa iam inde ab Oriente fide Orthodoxa, iure suo tenet in vniuersam Siciliam (quam ob causam aliquando absolute Siciliæ Episcopus Messanensis Antistes dictus) si eam primam non dicamus inter Vrbes Siculas Euangelij luce perfusam. quod utiq; esset, si tam sero Apostoli Pauli aduentum Messanam reponamus. quamuis enim minus probem illorum placitum, qui Ecclesiarum primatum supra cæteras Prouinciales ab ipsarum institutionis antecessione volūt oriri, cum id potius siue Pontificum arbitrio; siue, vt optime aduertit Cardinalis Baronius, atque expressè ex Lucino, & Clemente Papa, & habetur cap. Vrbes, & cap. in illis dist. 80. iuxta locorum prærogativas à Romanis tunc rerum dominis concessas,

*Ex Albert. piccol. infr. tit. c. III.*

E

statutum

Bar. ad ann.  
Christi 39.  
Albert. pisc.  
de antiquo  
iure eccles.  
Sicula c. 11

Bozius de  
signis Eccl.  
lib.  
Leo P.

Raphael  
Volater.  
Petrus Ap-  
pian.  
Carol. Sigon  
aliiq; apud  
Georg. Gualt  
in antiquita  
te Sicilię fol  
103.

statutum sit, quod multa conuincunt, nec est huius loci perse-  
qui. (Consule si placet Albertum Piccolum in sua de antiquo iu-  
re Ecclesię Siculę erudita dissertatione) Nihilominus ambigen-  
dum haud est, sacros Apostolos cum in aliquam Prouinciam,  
pedem ponerent, in Vrbe Principe eos primum consistere solitos,  
vt ex Tertulliano lib. de præscriptionibus docet Bozius, vt quę  
inter Vrbes reliquas caput esset erroris, esset, & Religionis, siue  
vt cum Magno Leone dicam *lux veritatis efficacius se ab ipso Ca-  
pite per totum corpus effunderet*, constat autem, vt interim mittam-  
us chronicon Alexandrinum, seu fastos siculos, qui Messanam  
Sicilię Urbem principem, sicut Italię Neapolim, & Romam  
faciunt in climate, tum temporis Romanorum, qui rerum in  
Sicilia potiebantur, duplici celeberrimo decreto Messanam to-  
tius profanę, sacreque politię caput declaratam supra cunctas Si-  
cilię Vrbes, supraque omnes Urbium Sacerdotes, vt in promptu  
erit videre ex Illustrissimis Senatus Romani Consultis, quę reci-  
tant Raphael Volaterranus, Petrus Appianus, Carolus Sigon-  
ianus, & alij apud Georgium Gualterium, & confirmat, rataque  
habet suo diplomate V. uilhelmus II. Sicilię Rex, quod hic libet  
in gratiam legentium rescribere, & sic habet.

*V. uilhelmus, diuina fauente Clementia, Rex Sicilia, Ducatus Apu-  
lię, & Principatus Capuę, laude optata fruimur, cum benemeritis,  
que virtute lucrantur nostri fauoris gratiam renouamus, renouatamque  
stabilius confirmamus: apud nostram itaque Maiestatem comparentes  
Syndici Nobilis Ciuitatis Messanę nobis supplicauerunt, cum in Ihesau-  
ro scripturarum eiusdem sint aliquę authenticę Scripturę dictę Ciui-  
tati à Romano Dominio, tempore quo dominabantur indultę, quibus  
annotantur aliquę prerogatiuę, immunitates, & excellentię dictę  
Ciuitatis, que senectute causante deficiunt, antequam igitur euane-  
scant, dignaremur ipsas videre, discerniq; facere, per nostrum Pri-  
uilegium renouare, vt nostra regia auctoritate munita, vim posteris  
hec nostra renouatio claripandat, quam dictę originale authenticę  
scripturę dedissent, Nos autem hac iusta postulacione commoti volui-  
mus ad ipsorum Syndicorum rogamina ipsas proprijs luminibus intue-  
ri, quas vidimus admirandam vetustatem ipsarum meditantes, erant  
autem authenticę, propiãque forma, omni vitio, & suspicione caren-  
tes, sc. eò reputauimus illas validiores, ac fide dignas, quò integrę  
consistentes solo tactu deficere videbantur, ipsasque denique venerabi-  
libus*

Abus Gualtero Ranomontano Archiepiscopo, Rainaldo Barenfi, et Bartholomeo Agnigenino Episcopis tradidimus, reuendendas, et eis imposuimus de uerbo ad uerbum in hoc priuilegio nostro scribi facerent, et fideliter adnotari, que fuerunt de uerbo ad uerbum nulla facta mutatione, diminutione, uidelicet additamento tenoris instantis.

S. P. Q. R.

**A**ppio Claudio, Quintoq; Fabio Consulibus altero Messanam Siciliae Ciuitatem Classe profecto referante percepit Hieronem Syracusanorum Regem; Penorumq; copias Hieroni coniunctas iam celesiter superatas, et Appianum Claudium Consulem ad hanc rem gerendam potius Ciuitas sue uirtutis admiratorem, quam belli suscipere adiutorem. Nam Hiero Rex, Peniq; Urbis non tam multitudine, quam animosa nobilitate propulsi, victos quam se didicere congressos, qui ante consulis aduentum ultra Leontinum profugi pacem exposcentes Romanorum gloria, Messanensum nobilitate propiaq; multa ducenda talenta arario soluendo supplices impetrarunt, ob quod statuit Urbem ipsam titulo nobilitatis extolli, alijsq; Prouinciae Ciuitatibus, Sacerdotes, eiusq; Ciues Romanorum honore, Siciliae Caput, illic fungi potestate Romana; lapides eius à Leontinio usq; ad Patbas extendi; nam id spatium ceteris deficientibus Romanae ditioni seruauit, chinographum hoc fastis romanis adiunctum laudem Ciuitatis ostentans, a scribi romanamq; gratitudinem merito respondere approbatum est praesens decretum Patrum à Gn. Calpurnio plebis tribuno post Urbem conditam anno quadringentesimo octuagesimo tertio, rem publicam primo bello punico conturbante.

S. P. Q. R.

**S**eruiio Fuluio Flacco, P. Calpurnio Pisone Consulibus Urbem Messanam à Prouinciae, Coloniae tributi, cuiuslibetq; uectigalis fixi, mobiliq; pondere per omnia secula liberauit, quia dum Siciliam graue, formidabileq; bellum seruire multitudinem conspirantiam, copiarum, potentiaq; magnitudine subiugasset, quod prius Romanos Pratores disfererat, Consules quoq; terrerat, seruos Messanae sagaciter habitos patre maturo frenatos, Quinto P. Calpurnio Consuli resignandos, suam Siciliae Reipublicae stimulos, et à se futurum compar abstulit nocentiamq;

ut qui

E 2

ut qui

ut qui se vili seruitute surriperet, pretiosa libertate gauderet; Ex hoc enim presens Chirographum fastis Romanis adiunctum, laudem Ciuitatis ostentans decreuit ascribi, ut gratiam meritis Romanorum circumspectio coequaret. approbatum est hoc Patrum decretum ab Octauia tribuno plebis post Urbem conditam DGXX. Rempublicam bello seruilis turbante.

Est nobis exinde supplicatam, ut contenta in authenticis scripturis eisdem predictae Ciuitatis confirmaremus, et largiremur. Nos autem considerantes ipsam Ciuitatem a tempore tam remoto notabiles gratias easdem valuisse mereri, quodque magnificis progenitoribus nostris, nobisque talis propinarunt, et quotidie praestant, ut hoc et maiori premio sublimetur, gratias, et prerogativas easdem dictae Ciuitati suisque Ciuibus perpetuo confirmaremus, nunc largimur, et donamus. hoc autem ut sunt a nobis Ciuitati predictae confirmata, concessaque ab omnibus hereditibus, et successoribus nostris, ac subditis semper statuimus, et precipimus observari, et ad confirmationem, perpetuumque robur praemissorum hoc nostrum priuilegium per manus Alexandri nostri Notarii scribi precipimus, nostroque signaculo decorari, anno, mense, et indictione subscriptis, etc. haec tenus Regis priuilegium. In viam redeamus.

**SENTENTIA AUCTORIS DE TEMPORE PRIORIS  
aduentus Pauli Apostoli Messanam.**

**C A P V T IX.**

**E**O spectabat proxima disputatio, ut certo statueremus priorem Pauli Apostoli aduentum Messanam non nisi ante eius vincula ad Neronem collocandum esse; quod partim ex eius itineribus, partim ex reiectione aliarum opinionum facile fuit deducere restat, ut tempus certum, annumque decernamus. Id autem, ut mea fert sententia, fuit circa annum Domini xl. aut xli. & sexennio ab ipsius Pauli conuersione. Sunt autem meo iudicio non pauca, nec lenia, quae id conuincant: primum omnium annus datae Epistolae Virginalis, qui fuit xlij. quem si tueri velimus, ut par est, siue is fuerit ab ipsa Virgine, siue ab aliena manu appositus (quod alibi commodius disputabitur) fateri omnino necesse est Paulum Apostolum ante eum annum apud  
Mel.

Messanenses Euangelij sementem fecisse; & verò omnes ij auctores, qui post Lascaris traditionem Epistolam illam vt germanam Virginis agnoscunt, nec datum annum erroris arguunt, in eandem sua sponte, sententiam ire censendi sunt, quod & fecisse recentem scriptorem audio Thomam Tamaium Hispanum in sua defensione pro l. Dextro, vbi dum pro virili nostram traditionem tuetur, annum quoq; xlii. Epistolæ subnotatum optime loco suo stare posse contendit; non aliundè profectò, nisi quod probabile putet Pauli prædicationem circa ea tempora Messanæ contigisse, quod & nos multis statim probabimus. Scio Christophorum a Castro eum annum falsitatis accusare, sed ipse falsus sequens vulgi errorem aientis Paulum Messanam venisse cum ad Neronem duceretur, quod nos, vt falsum reiecimus.

Fol. 164. & citatur à P. Melch. Encofer. c. tum in apolog. pro mess. Io. Ioseph Bonf. fol. 114.

Alterum quod huic nostræ fauet sententiæ, illud est, quod cū recta Chronologia de Virginis ætate, quæcunq; ea fuerit, siue annorum lxiiij. siue lxxij. & ampliùs, nullam habet repugnantiam, vt facile discurrensi planum fiet.

Tertium, quod ea omnia, quæ sunt in scripta traditione Messanensis Ecclesiæ firma rataq; ex verosimili ostendit, minusq; aduersariorum patere telis, vt iam patebit. tandem, quod palmare esse debet, in hac disputatione, eiusmodi sententia nullo modo sacris literis repugnat; quid si congruere, lucemq; accipere, & dare sacre historię ostendamus? hæc duo mihi fusiùs persequenda; nam reliqua, vel ex se clara sunt, vel ex responsione ad obiecta clara fient.

**OSTENDITVR SVPRADICTA SENTENTIA**

*non repugnare sacris literis.*

**C A P V T X.**

**Q**Uæ duæ res potissimum primò aspectu negotium facessere videntur huic nostræ sententiæ altera ab ipsa Epistola, altera à traditione desumpta; quod sacris repugnent literis, ex facili negotio, leuiq; spongia eluuntur. Hoc iam agamus in Epistolæ narratione sit mentio Apostoli Pauli; sic enim habes. *Pauli electi prædicatione mediante iterum ex traditione Messanensis Ecclesiæ, & veterum tabularium apud Octavianum Caetanum*

In Epistol. Deip. Apud Ost. Caiet. super cit. c.

tanū habetur, *ordinatio primi Urbis Episcopi Bachyli à S. Paulo*, quod utrumq; si verum habet, liquido conuincit aduentum Pauli Messanam in aliud posterius tempus esse reponendum; quippe anno xli. nec dum erat Sacerdos, nec Episcopus Paulus; neque verò tunc Paulus vocabatur, sed Saulus. utrumq; ita palam fit ex Sacra historia. Lucas enim tunc primum gentium doctorem de Romanorum nomine Paulum appellat vt habetur Act. 14. vbi scilicet Sergium Paulum virum Romanum ad Christi castra traduxit, hoc fuit anno Christi xli. cum tamen antea semper illum de hebraico nomine Saulum nuncupasset. hæc autem nominis mutatio suspicionem fecit doctis viris asserendi, non nisi ab eo anno Pauli nomen Apostolum sibi usurpasse, non ante. ita tenent D. Hieronymus, Cardinalis Baronius, & alij: causa non eadem redditur. D. Hieronymus putat id factum more Romanorum Imperatorum, qui à deuictis Prouincijs nomen sibi faciebant Africani; Numantici, Getici, Germanici; idq; ipsum Apostolo Paulo euenisse, qui in memoriam reportatæ victoriæ de Proconsule Paulo sibi nomen Pauli deinceps indiderit. consentit in factis, nō in causa Baronius, imò ipsum Proconsulem Paulum post suam conuersionem ad Christum Apostoli opera; eum de suo suæq; gentis nomine sic cohonestasse existimauit grati animi ergo in suum benefactorem; quod apud Romanos, virosq; principes præstare moris fuit cum libertis, hospitibus alijsq; bene de se merentibus: quæcumq; ea demum causa nominis fuerit; si ab eo tempore primum Paulus Pauli nomen accepit, non nisi post annum, vt diximus, xli. quo anno ex communiore sententia proconsulis conuersio contigit, Messanensem prædicationem statuerе debemus; aut danda ratio, quam obrem beata Virgo Paulum in Epistola ad Messanenses eum appellarit, qui Paulus non dum appellabatur.

Ex Bar. ad  
An. 46.

Ex tom. 1.  
Concil.

Præterea, si quo primum anno Messanam venit Paulus, eodē Bachylum ordinauit in Episcopum, debuit, & ipse Episcopus fuisse, alioqui totam Ecclesiasticam politiam esset susq; deq; vertere, si demus Episcopum à non Episcopo ordinatum; contra veterem Ecclesiæ Traditionem, & Apostolicos canones, quibus mandatur à duobus vel tribus Episcopis per manuum impositionem Episcopum initiari. At enim ex Sententia Hieronymi, Augustini, Chryostomi, aliorumque multorum tunc ritu solemnij

Epi-

Episcopus renunciatur. Paulus, quando iussu Spiritus Sancti una cum Barnaba per manuum impositionem, à discipulis, qui erant Antiochiæ, segregatur in opus Euangelij; vt habetur Actorum cap. xij. quod ex magis certa temporum supputatione incidit in annũ Domini xlv. multò post à data Virginis Epistola, & Pauli prædicatione. ex quo liquido apparet ( si velimus primum Messanæ Episcopum à diuo Paulo consecratum fuisse ) vt falsum omninò conuinci, triennio ante, quam ipse in Episcopum assumere-  
retur, Messanæ Euangelizasse, ibiq; Episcopum ordinasse; quod consequens esset si Pauli aduentum Messanam ad annum xli: statuamus.

Accedit ad hæc, quod nec ante annum xlv. videtur Paulus ex professo Apostolicum prædicationis officium in Gentes exercuisse; tum quia, hoc ipso anno dicitur cum Barnaba segregatus iussu Spiritus Sancti in opus Euangelij; tum etiam quia, vt habetur ex Thraseæ cuiusdam traditione, ab ipso Domino prohibitum erat Apostolis, ne ante duodecimum annum ab suo in cælum ascensu, Ierosolyma discederent ad euangelizandum gentibus; quod etiam ex sacris literis firmamentum habet. meminit tam celebris traditionis Apollonius, ex Apollonio Eusebius, & Niephorus, alijq; scriptores, & refertur in libro, qui inscribitur Reuelatio, seu prædicatione Petri apud Clementem Alexan. lib. vj. Stromat: in hæc verba, *si quis velit ex Israel duci penitentia, & propter nomen meum credere in Deum, remittentur ei peccata; post duodecim annos egredimini in Mundum, ne quis dicat, non audiuimus, traditioni fauet Scriptura Sacra Act. xij. vbi Paulus, & Barnabas sic incredulos, ac refractarios Iudæos alloquuntur ( quod post decimum tertium à Christi nece annum pleriq; factum affirmant ) vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis eterne vite, ecce conuertimur ad gentes; sic enim præcepit nobis dominus. Igitur si hoc Domini præceptum idem fuit cum eo, quod in Thraseæ refertur Traditione, non bene conijcitur Paulum Apostolum ad Euangelizandum gentibus electum, ad tam distitas gentium regiones, vt erat Sicilia, euangelizando peruenisse, ostio non dum ad Euangelium in gentes aperto, & contra domini præceptum. Videtur vbiq; difficultates, vbiq; scopuli.*

*Euseb. lib. 5. hist. c. 17. Nieph. lib. 4. c. 25. Clem. Alex. 6. Stromat. Ex Mariana, & Sanctio in tract. de S. Iacobo maiore. Act. 13.*

Verùm vt non solidæ hæc aduersariæ coniecturæ, & argumenta  
ex Sa-

& Sacris literis depromta, ita ſolutu facilia. etenim quæ de Pauli nomine dicuntur ab Hieronymo, & Baronio, plus iudicio doctorum hominum, habent ſpeciei, quàm veritatis, nec robur vllum ſumunt à Sacra historia. quia nec aliquam id habet veriſimilitudinē, vt, qui aliquem ab Idololatria ad Chriſti cultum traduxerit, in ſignum, aut victoriæ, aut beneuolentiæ, ab eo ſibi nomen mutuatur. oppoſitum exemplum habemus in Sancto Martyre Cypriano, qui Cęlicij nomen ſuſcepit, à Cęcilio preſbytero, quem habuit fidei præceptorem, non ſuum dedit Cęlicio.

Iam verò magis directè argumento ex Sacris literis adducto respondeamus: Vt communior, ita verior eſt eorum ſententia, qui cum Auguſtino, Ambroſio, Chryſoſt. & Theodoro ſentiunt, Pauli nomen Saulo inditum diuinitus à ſacro fonte; ſed illa veriſſima, quæ eſt D. Dhome, Anſelmi, Origenis, ac Recentiorum Scriptorum, Apoſtolum ſcilicet fuiſſe binominem, quod hebręis non inſolens. & inter ipſos duodecim Apoſtolos id ipſum licet aduertere in Matthæo, qui & Leui, in Thoma, qui & Didymus, in Simone Chananeo, qui Zelotes. Luc. 6. & in Principe Apoſtolorum Simone, quem Chriſtus Dominus appellauit & Petrum ibid: quid plura? ipſe Lucas Act. xij. vtrumq; Pauli nomen fuiſſe, clariſſimè oſtendit; dum ait, *Saulus, qui & Paulus*, ſive, vt expreſſius habet textus Syriacus. *Saulus, qui vocabatur Paulus*, cur autem Beata Virgo Pauli nomen non Sauli ad gentes ſcribens uſurparit, in proptu cauſa eſt; quia ſcilicet populo Romanis ſubiecto, apud quos Pauli nomen per familiare erat, ſcribebat; quod & Apoſtulus ipſe feciſſe credendus eſt, vt ſtatim dicam. placet omnino doctiſſimi Serarij hac in quæſtione diſtinctio, vel enim quæritur, quando Pauli nomen Apoſtulus acceperit, vel quando illud uſurpare cæperit ſepoſito Sauli nomine vtrumq; in circumciſione habuit, quia, & ſi gente hebręus, in Ciuitate tamen Romana Tarſinatus; vtroq; ſed cum diſcrimine, cum hebręis hebręo, cum gentibus, qui ſub Romanis erant, Romano uſus nomine: quoniam verò vbi obcæcato Elyma Mago Romanum Proconſulem ad Chriſti fidem conuertit, & ipſe iam totus conuerſus ad gentium, quæ ſub Romano imperio erāt; conuerſionem, Iudęis relictis, vt habetur Act. xij. inde factum eſt, vt reiecto penitus hebraico Sauli nomine, Pauli nomen ſuſceperit, ( vt videre eſt in omnibus eius Epistoſis, quæ ad gentium

inſtru-

Nic. ferar.  
in Paulo In  
dao par. 1.  
nu. 6.

instruccionē spectant, vna excepta, quod anistatuerione dignū, nostramq; coniectationē valde cōfirmat, quæ ad Hebræos, in qua Pauli nomē omninō (siluit) & Paulus deinceps à S. Luca cœptus appellari. Et hæc de priore obiectione, quæ quidē nullius momēti.

(Alia maiorem vim habere videtur, quippe cū nullibi appareat apertius ex Sacris literis, Paulum renunciatum, initiatumq; Episcopum, quàm cū, vt apud Lucam est Act. xij. Ipse cum Barnaba præmissis Sacræ liturgiæ mysterio, post manuum impositionem, in gentes ad opus Euangelij destinatur ab Ecclesijs. Nihilominus si rationibus, coniecturis, & auctorum iudicio standum in re satis dubia (valde .n. dubitatur inter Auctores, an eò loci de Episcopali assumptione sermo sit, an de aliqua solempni ceremoniâ) multò plura suppetant argumenta, quæ partem negantem conuincunt, & Paulum multis retro annis Episcopum consecratum probent. Primum, quia minus verisimilitudinis habet, Paulū, qui statim à sua conuersione Apostolus gentium est renunciatus (cuius munus est Euangelium vbiq; prædicandi, docendi gētes, fundandi Ecclesias, in signis, prodigijs, & virtutibus) statimq; ad Petrum Ierosolymam ascendit, non statim ab ipso Petro in Sacerdotem, & Episcopū fuisse consecratū: neq; enim diu scienda videtur Apostoli, Sacerdotis, & Episcopi dignitas in sacris Apostolij, si nihil obstat. Rursum, cū, vt bene aduertit Cardinalis à Turrecremata, & alij, munus docēdi fideles ab ipso Ecclesiæ exordio Sacerdotum, Episcoporumq; fuerit, quibus propterea dicitur in eorum consecratione: *Accipe Euangelium, ex quo prædica Verbum Dei*, quod grauib; verbis Episcopi tanquam Apostolorū successoribus inculcat sacra Synodus Tridentina; (vnde Apostoli, vt ad id tanquam sibi proprium manus incumberēt, curam ministrandi mensis, procurandiq; fidelibus diaconū septem à se constitutis Diaconis demandarunt) curiq; multis ante annis euangelizandi prouinciâ exercuerit ex professo Paulus, vt ex Epist. ad Rom. cap. 1. & 15. manifestum est, & ex Actis Apostolorum; imò eum à sua prædicationis Prouincias designatas à D. Petro accepit anno tertio à sua cōuersione, vt facit eo Ambrosio, & ratione deducitur, nō video, cur nō ante id tēpus in eo Sacerdotis, & Episcopi dignitatē. Quis tot, tantaq; ab eodē gesta, quæ propria Episcopalis muneris erant, pro gentiū conuersione, à nō Episcopo pattata existimet? Præterea summa, vetusq; traditio est

Turrecr. de  
Ierarch. ord  
lib. 1. c. 20.

Cornel. à la-  
pide in cap.  
11. act. n. 26

Trid. sess. 1.  
c. 2. & sess.  
24. c. 4. de  
reform. at.

*Turrecr. loc.  
ſup. cit.*

*Caſpar ſanc.  
in Acta c. 13  
v. 3.*

*Ex Baronio  
in annal. an.  
44.*

*S. Aug. ſer.  
in ſiſto Pa-  
ſchat.*

*Apud Tho-  
mam Maſſe-  
tium in vi-  
ta S. Pauli  
lib. 3. c. 3.  
ad Gal. 1.*

*Iuſtin. in e-  
piſtol. Pauli  
to. 1. diſp. 1.  
c. 3. n. 10.*

*Suarez apud  
Lorin. hic.*

Petrum à Chriſto Domino Episcopum initiatum, à Petro reli-  
quos Apoſtolos, de qua re lege eundem Card. à Turrecrema-  
ta: cur non etiam Paulus Apoſtolus? porro Paulum à Petro ac-  
cepisse Sacerdotij characterem diſertè docent pleriq; apud Gaſ-  
parem Sancium in Acta Apoſt.: vbi multis rationibus cõuincit,  
eum fuiſſe Episcopum ante hanc, quam Lucas refert, manuum  
impoſitionem. cum igitur multò priùs Petrus Apoſtolus Antio-  
chia Romam Cathedram tranſtulerit, hoc eſt anno 44. multò  
priùs Paulum Episcopum ordinatum fateri neceſſè eſt, ſcilicet  
vel ſtatim à ſua conuerſione, antequam in Arabiam proficiſce-  
retur, (nam ſecundum aliquos apud Baronium à ſacro fonte,  
ex quo proceſſit Apoſtolus, vt Auguſtinus loquitur. *Ieroſolymam  
ad Petrum aſcendit*, vel poſt reuerſionem ex Arabia; quod vero-  
ſimiliùs eſt, tum quia certum eſt ex Scriptura Sacra Paulum ab  
Arabia Damascum, Damasco Ieroſolymam ſtatim ad Petrum  
contendiſſe, cum quo quindecim dies egit; tum quia paucis il-  
lis diebus communicato cum Petro conſilio ſuz profectionis in-  
gentes ex Chriſti mandato, ab eo tamquam Eccleſiæ capite ac-  
cepit ſuz prædicationis prouincias, ne ſuper alienum funda-  
mentum edificaret, vt capite ſequenti dicemus: quis autem non  
tunc illum, & Sacerdotali, & Episcopali characterè inſignitur  
opinetur à Petro, & Iacobo fratre Domini, quos tantum ex  
Apoſtali reperit Ieroſolymis?

His motus rationibus bonus Auctor Benedictus Iuſtinianus  
candidè profitetur definire ſe nolle, an per hoc liturgiæ ſacri-  
cium, manuumq; impoſitionem fuerint creati Sacerdotes, & Epi-  
ſcopi, Paulus, & Barnabas, nec ne. Negat omnino doctiſſimus  
Franciſcus Suarez, illamq; manuum impoſitionem tantum ſuiſſe  
fuiſſe deprecatoriam, & veluti in facie Eccleſiæ, nullo autem  
modo impreſſiuam characteris Sacerdotalis, aut Episcopalis  
nam Paulus, & Barnabas, inquit ille, tunc neque fuerunt ordi-  
nati, neque ordinati Presbyteri, vel Episcopi, eiufdem ſedi-  
tentis fuit Cardinalis Gaetanus, qui tum hanc, tum eam-  
manuum impoſitionem, quæ habetur cap. vi. Act. ſuper ſep-  
tem Diaconos, publicam dumtaxat cerimoniam fuiſſe con-  
tendit, in his ſignificatiuam poteſtatis traditæ miniſtrandi men-  
ſis fidelium; in Paulo, & Barnaba exequendi publica au-  
toritate munus prædicandi Verbum Dei ad Gentes. quare  
potius

potius fuit sollemnis destinatio, & signum confirmationis accepti ministerij, quam noua collatio dignitatis Episcopalis. Et ita sentiunt Arias, Montanus, Aloysius de Leone, & alij recentiores apud Lorinum ad Cap. xiiij. Act. Igitur neq; ex hoc capite nostra vacillat coniectatio.

*Arias Mōt.  
Aloy de Le  
on. & alij  
apud lor.*

Venio ad Thraseæ Traditionem suffultam, vt videtur à Sacra Historia. In primis Card. Baronius, & multi graues Scriptores dubitant de eius auctoritate, magis de veritate; cum potius ex ipsa Sacra Scriptura oppositum conuincatur: nā paulò post à Christi Ascensione, Petrus, ipsius Domini iussu euangelizat Cornelio Ceterioni Act. x. Philippus Eunuchò Regina Candacis Act. viij. Paulus ipse statim à sua conuersione in Arabiam proficiscitur. ad Galat. i. ibiq; triennium explet in Euangelizando ex Lyrano, Chrylostomo, & alijs. Ipsi deniq; Iudæi obstupescunt ad copiosam gentium conuersionem aientes Act. xi. *ergo, & gentibus penitentiam dedit Deus ad vitam?*

Et si Ecclesiasticas percurramus historias, videbimus paulò post aduentum Spiritus Sancti, omnes fermè Apostolos, vno aut altero exceptis, sumto Fidei symbolo in designatas sibi quemq; Prouincias à Christi Vicario dispersos; nimirum, vt habetur ex scriptoribus rerum Ecclesiasticarum, Andræam in Achaiam, Ioannem in Asiam, Iacobum Maiorem in Hispaniam, Philippum in Galliam, Simonem Chananæum, in Aegyptum, alios in alias, atq; alias regiones, id quod optimè colligunt Diui Hieronymus, & Anselmus, ex eo, quod Paulus, ab Arabica expeditione Ierosolymam rediens, alium neminem ibi Apostolorum viderit præter Petrum, & Iacobum fratrem Domini, vt scribit idem Paulus ad Galat. i. quid iuuat plura persequi, cum id passim doceant priuatarum Ecclesiarum monumenta? quæ si firmæ, certaq; esse velimus: de Thraseæ traditione valdè dubitare debemus: verum ne eam penitus repudiare videamur, quando sacris literis inniti diximus, sic res decernenda: vel præceptum Domini fuisse de Euangelizando primùm Iudæis, deinde gentibus, nisi ab illis repellerentur, vt protestati coram sunt Paulus & Barnabas; vel ne ita ab inuicem diuiderentur, vt non amplius ante annos designatos essent Ierosolymam reuersuri. sed, vt demus præceptum hoc datum cæteris Apostolis à Christo

Christo Domino, Paulus ab eodem videtur solutus, qui statim à baptismo ad portandum nomen eius in gentes ad Reges, & Populos Apostolus destinatur; statimq; ab eodem non acquiescente carni, & sanguini, qui aliud suadebant, executioni mandatur. nulla igitur est hæc obiectio. Ex quibus facile constat supradictam sententiam haud sacris literis repugnare, quod & magis ex dicendis infra manifestum erit. qua propter nisi quid aliud obſtet, & aliter persuadeat, non est, cur à nostra discedamus coniectura; nihil autem aliud obſtare, aliterq; persuadere ostendemus diffusius, ubi in contrarium obijciendis satis superq; fecerimus. Age verò nunc videamus, an & conveniat nostra sententia SS. Script.

OSTENDITVR CONGRVERE SACRAE SCRIPTURAE  
supradicta sententia,

C A P V T X I.

**Q**uamquam nusquam ex Sacris literis aperte habetur Paulum Apostolum, ante quam vincus ad Cæsarem duceretur, liberum, ac prædicantem in Siciliam venisse, non tamen ex eiusmodi silentio potest contrarium statui; neque enim vt diximus, cuncta Pauli itinera recensita sunt à D. Luca, in Actis Apostolorum, ea præsertim, quæ ab illo suscepta prius quàm ei Lucas comes peregrinationis additus ab Ecclesijs esset, vt Arabica profectio statim ab eius conversione, & quam postea ab Ierusalem, ad Illyricum vsq; & in circum longè, lateq; positas regiones instituit, quorum meminit idem Apostolus ad Galatas, & Romanos scribens. D. Chrysostomus innumeras alias numerat, ad Sarracenos, ad Persas, Armenos, ad aliasq; dissitas nationes, & quæ sub Romanis, & quæ sub Barbaris seruebant, de quibus tamen nulla memoria apud Sacrum Scriptorem. quid, si ostendam Siciliensem prædicationem posse aliqua via, & ratione, ex Luca, Pauloq; deduci? difficilis res; sed quæ facili negotio, si bene examinentur Scripturæ, palam fiat. audi piè lector, te enim, longa quamuis manu, in viam ducam; facem præfert Ecclesiæ Messanenſis traditio, annusq; datæ Virginalis Epistolæ xlij. scribit Paulus ad Galatas, se Ierolimam ascendisse triennio

Ad Galat.  
c. I.  
Ad Rom. c.  
15.  
& Chryf.  
bo. 29. in.  
ep. ad Rom.

non elapso à sua conuersione, qui fuit Christi xxxviij. ex comuni sententia; sic ille post annos tres ueni Ierosolymam uidere Petrum, et mansi apud eum diebus quindecim, alium autem Apostolorum uidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini. iam enim discesserant alij Apostoli in suas quisq; a Petro designatas prouincias, accepto fidei symbolo, ut ex hoc loco colligit D. Hieronymus, ascendit autem Ierosolymam Paulus, ut communicata cum Petro suae uitae, conuersionisque ratione, & munere à Christo sibi tradito Euangelizandi in gentes, diceret suae praedicationi terminos dignum inquit D. Ambrosius, fuit, ut Paulus cuperet uidere Petrum, quia primus erat inter Apostolos, cui delegauerat Saluator curam Ecclesiarum, & id maxime rationi congruum, ut quod fecisset Petrus cum alijs Apostolis, cum Paulo faceret; ne si in incertum curreret, cogeretur falcem immittere in alienam messem, & super alienum fundamentum aedificare, quod ipse valde cauit. Cum igitur in prouinciarum distributione paulo ante iam facta inter Apostolos, sola Iudaea, Graecia, Italiaq; & Hispania etiam, (nam haec leuiter tacta à Iacobo) cum interiacentibus Insulis, essent Petri curae relictæ, ut accepit Petrus Paulum à Christo inter Apostolos renuntiatum, eum sibi Coapostolum, & in partem sui laboris admisit, ut, dum ipse apud Iudæos suam nauaret operam, totusq; in Orientali Ecclesia fundanda esset; Paulus gentes praedicatione percurreret, ita sentiunt graues Auctores apud Gasparem Sancierum; & ex vero: siquidem in ijs regionibus neminem alium Apostolorum legimus versatum, nisi Petrum, & eius Coapostolum Paulum. certe Paulus de istis, tamquam de sibi, suaeq; industriae demandatis prouincijs sollicitam curam gerit, ut uidere est ex Epistola ad Romanos in qua Iudæis primum, deinde Græcis se debitorem Euangelij profitetur; tum post exactam, perfectamq; per omnes Orientis, Græciæq; partes excursionem Romanam, Hispanicamq; animo uoluit. Nec mora, potestate à Petro accepta, acceptaq; fidei tessera occasione sumpta declinandi Iudæorum insidias ab Ierusalem per Græciam orditur suae praedicationis cursum, deinde Italiam, Romam, & Hispaniam ordine petiturus; quod omnes fere scriptores obseruant. Cyrillus Catechesi 17. loquens de Pauli profect. ab Ierusalem, ita habet, qui regiam quoq; Romam instituebat, et in Hispaniam usq; promissitudinem praedicationis extendit, subscribit Hieronymus

Epist. ad Gal. lat. c. 1.

Hier. in c. 1 epist. ad Gal. lat.

S. Ambr. in eandem Epist.

Sacius de S. Iacobo ma. tract. 3. c. 1.

Tol. in epist. ad Rom. c. 15.

Hieron. cap.  
11. 18.

Dorothe. in  
Synopſi A.  
poſt.

Aſt. c. 9.  
Magiſt. hiſt.  
Scholaſt. &  
alij apud Ga  
ſpar, Sanciū  
in c. 9. aſt.  
& apud Lor  
rin. in ean  
dem epiſt.  
Ex Chriſtop  
à Caſtro in  
Hiſt. Deip.  
c. 18. part. 1  
Metaphraſt.  
ſer. de ſs. A.  
poſt. apud  
Suriū 29. In  
nij.  
Aſt. 9.  
S. Chryſoſt.  
Ho. 21. in  
aſt.

nymus; Paulus, inquiens. per Pamphyliam, Aſiam, Macedoniam,  
& Achaiam, & diuerſas Inſulas, atque Prouincias ad Italiam, quaq;  
&, ut ipſe ſcribit, ad Hiſpanias alienigenarum portatus eſt manibus.  
Et Hieronymo antiquior Dorotheus. Paulus, inquit, à Ieruſolymis  
Euangelij prædicationem exorſus ad Illyricum uſque in Italiam, & ad  
Hiſpaniam prædicando progreſſus eſt, quod factum ab anno Chriſti,  
vt dictum eſt xxxv i r i. Et Lucas, vt multa ſolet, magno ver  
borum compendio complexus eſt Actor. cap. xi. vbi cum Petru  
lum non amplius quindecim diebus apud Petrum Ieruoſolymis  
verſatum dixiſſet, ſtatim ſubdit: Loquebatur quoque gentibus, &  
diſputabat cum Græcis: quod de prædicatione in gentes in diſceſſu  
ab Ieruoſalem, non de ijs paucis diebus, quibus Ieruoſolymis fuit.  
Sentiunt plerique cum Magiſtro Scholaſticæ Hiſtoriz, & veros  
ſimilius; nam tam breui dierum ſpatio vix illi facultas fuit ad  
Dei Matrem, ſi tum Ieruoſolymis erat; ad Petrum, & alios refer  
re de ſuz vitæ institutione, atq; ab illis edoceri Apoſtolicas con  
ſtitutiones, Fideique ſymbolū, vt auctor eſt Metaphraſtes; mul  
tò minus prædicare ad gentes, & diſputare cum Hebræis, maxi  
mè, quòd eius aduentus inopinatus, nec eius conuerſio ad eò ma  
niſteſta eſſet diſcipulis, qui timebant, ne inſidioſe ageret; ſic enim  
Lucas Actor. ix. Cum autem veniſſet Paulus in Ieruoſalem, tenta  
bat ſe coniungere diſcipulis, & omnes timebant non credentes, quòd  
eſſet diſcipulus; imò addit Chryſoſtomus, non ſtatim ad Apoſto  
los acceſſiſſe, tum propter modeſtiam, tum quia nondum fide  
dignus; vnde poſtquam omnem ſui ſuſpicionem abſtulit, dicitur  
à Barnaba ductus ad Apoſtolos. Præterea, ſi demus tum tem  
poris etiam à Petro, & Iacobo, in Sacerdotem, & Episcopum  
fuiſſe conſecratum, id exigente ſacri Apoſtolatus, & prædicatio  
nis munere, vt poſtea dicitur, quis non videat ſatis exiguum, vel  
nullum ſuperfuiſſe Ieruoſolymis tempus & prædicandi, & diſpu  
tandi.

Hoc iam ſtatuto, probabile mihi ſit, Paulum, exactis illis  
paucis diebus; quibus fuit apud Petrum, ab eoque in Sacerdo  
tium admiſſus, inq. coapoſtolatum cooptatus, ſuam ab Ieruoſa  
lem inſtituiſſe prædicationem, dumque totus eſt in gentium  
conuerſione, atque Italiam, Hiſpaniamque meditatatur ex alia  
in aliam Prouinciam dilapſum, nunc ſtudio lucrandi animas,  
nunc populorum inuitatu in Magnam Græciam, ex Magna  
Græ.

Græcia in Siciliam, Romam statim progressurum, nisi Siciliæ cō-  
 uersione præpeditus fuisset, deuenisse. hoc fuit circa annum Do-  
 mini xli. Dices ut nouam, sic vanam videri eam suspicionem,  
 quam neque à Luca, nec à Paulo fulcire possis aliquo probabili  
 fundamento. Nouam fateor, vanam nego; vero proximiorē  
 sic proba, primum ex Luca; secundum ex Paulo; tertium ab  
 anno datæ Deiparæ Epistolæ, alijsq; persuasionibus.

LUCAS, ET PAVLVS EXPENDITVR,

et examinatur.

**E**T vt à Luca initium faciam; vnde nam obsecro tam al-  
 tum de Paulo silentium apud Lucam, vbi illum in disces-  
 su ab Ierusalem loquentem gentibus, & cum græcis disputan-  
 tem facit? non utiq; paucorum mensium, sed trium, quatuorve  
 annorum, vt recte putauit Nicolaus Serarius, nimirum ab anno  
 xxxviij. quo institutam Pauli prædicationem in gentes diximus,  
 vsq; ad annum xli. quo inuenitur à Barnaba Tarso Antiochiam  
 deducitur. Dicant qui Pauli vestigia siue ex historijs, siue ex cō-  
 iecturis rimantur, quid rerum gesserit, quous gentium iuerit. to-  
 to hoc quadricenis prædicationis tempore? Nam, quod ait Al-  
 phonsus Salmeron, Paulum interea Tarsi in patria vacasse sibi  
 & Deo, ut habere postea, sic illo, vnde alijs proferret sermonem  
 nullam habet veri speciem, quia nulla in Paulo ab ipso Christer  
 edocto huius sacri otij necessitas; quiq; vt loquitur D. Augusti-  
 nus, ab ipso Baptismatis fonte processit. Apostolus, & qui totum  
 hoc in Arabia desertis poterat fecisse commodius, vbi stric-  
 tium sumerat. Nsq; proba, quod ipse Serarius existimauit, Pau-  
 lum non quidem in otio contemplationis fuisse hoc tempore, sed  
 Tarsi Euangelizando in subum eruditionem expendisse, tum  
 quia id pugnat cum præferendo Pauli animo totum orbem cō-  
 plectentis, & Romam, Hispaniamq; (vt videre licet ex cap. xvij.  
 Epistolæ ad Romanos) inhabitantis; tum quia id alienum fuit à  
 suo more diuino in loco persistere, morumq; suæ prædicationis  
 exordia: quod & proficitur Corinthijs scribens *instabiles sumus,*  
 quem ideo Pauli admirator Chrysostomus appellat, *indefessam*  
*Ecclesie arundinem nusquam mensuram, nusquam stantem*: adde  
 quod elapso hoc annorum spatio dicitur deductus à fratribus  
 Tarsum,

Nicol. Serar  
in Paulo x.

Ex Cornel.  
in chrono ta  
xi ad an. 42

Alphos. Sal  
meron in  
acta.

D. Aug. sup.  
cit.

Chryf. hom.  
in acta.

...

Tarſum, vbi à Barnaba quaeritus, & reſertus; quae omnia longinquam ab illis regionibus abſentiam inſinuant; cum is quaeri dicatur, qui non vno, eodemq; conſtitit loco, nec, vbi gentium ſit, ſcitur. quare Paulum, in quo Verbum Dei non erat alligatum, fruſtra eſt per tot annos vni populo, aut loco, ſiue in otio, ſiue in negotio alligare. ſed quorſum ab illis velle diſcere, quod ab ipſo Paulo habere facile poſſumus? qui diſerte ait in Epitt. ad Romanos, ad quos ab initio ſuae praedicationis ire propoſuerat, ſe ab Ierufalem, & per circuitum repleuiſſe, hoc eſt, plene praedicaſſe Euangelium Chriſti uſq; ad Illyricum: cur tot annos Paulum ea in peregrinatione praedicando expendiſſe non dicamus? qui ſtatim à ſua conuerſione in Arabiam ſeceſſit, eamq; praedicando luſtrauit ex Ghyloſtomo; cur eius circuitus ſpatia per Graeciam vniuerſam, non eò uſq; vt magnam Graeciam, & Siciliam complectatur, extendamus? quando & Sicilia tum temporis ad Graeciam ſpectabat, & Paulum, qui Romam eo itinere cogitabat, illo progreſſum fuiſſe non eſt difficile ſuſpicari; ſi conſideremus, quod iam Pauli animus in hoc ipſo itinere erat Romam tendendi, vt ex illo didicimus; iamq; perueniſſet, niſi pluries in via fuiſſet retardatus à gentium intermediarum conuerſione, & Iudaeorum inſidijs, vt omnes Pauli interpretes ſentiunt. Iam Pauli efficaciam, ac ardorem, qui in virtute ſignorum, & prodigiorum Euangelij rete per circumiacentes Graeciae Regiones, & Inſulis praedicando expanſerat, tot anni erant ſatis, ſuperſuper ad Stolliam uſq; perueniendi, iam, ſi hoc detur, annus datus Epistolae Virginalis ad Meſſanenſes, qui eſt Chriſti xlii. optimam rem firmat, ipſeq; magis firmatur. Iam reuerſionis Pauli cum legatis Meſſanenſibus in Orientem praedicationis ſuae habet locum. Poſtremo loco, vt videbimus, haec admiſſa coniectatione nihil erit, quod contra obijci poſſit; quod ſolui non poſſit. Ergo ſequitur hinc Priorem Pauli aduentum Meſſanam, ſatis commode circa haec tempora reſpondere a nobis, qui nouam inducere ſed veterem traditionem ſtabilire ſtudemus.

Scio doctiſſimum Baronium hanc magnam Pauli piſcationem ab Ierufalem uſq; ad Illyricum, & in circumpoſitas regiones tribus tantum menſibus clauiſſe, quibus Act. cap. xx. dicitur Paulum manſiſſe in Graecia; intelligens, inquit Baronius, per Graeciam, regiones, quae ab Achaia, uſq; ad Illyricum ſunt, ſed nimis anguſta ſpatia

Ad Rom. c.  
15.

In c. 1. epist  
ad Galat.

Baron. ad  
an. 39.

spacia ad Pauli zelum, & ad quadriennij tempus in ea circuitio-  
 ne positum. præstat Chrysostrum de hoc circuitu non adeo an-  
 gusto, ut putavit Baronius, sed valde amplo differentem au-  
 dire: sic ille Hom. xxij. in Epist. ad Rom. Pauli circuitum ab Ie-  
 rusalem vsque ad Illyricum explicans, *numera, & Vrbes, & Re-*  
*giones, & gentes, & populos, & non solum, qui sub Romanis, sed,*  
*& qui sub barbaris sunt: non enim mihi per solam Phœniciam, & Sy-*  
*riam, & Ciliciam, & Cappadociam; sed, & quæ retro illas sunt,*  
*omnes omnia, & Saracenos, & Persas, & Armenos, reliquosque*  
*barbaros; propter enim hoc dixit (& in circumiacentibus Regionibus)*  
*non recta viam solum publicam, sed & omnem Australem Asiam*  
*mente percurras; & quemadmodum aceryos miraculorum uno ser-*  
*monis percurrans, dixit (per potentiam signarum, & prodigiorum) ita*  
*& infinitas Vrbes, & gentes, & populos, & regiones uno rursus*  
*complectitur verbo το κύκλω id est per circuitum, sive in circumiacenti-*  
*bus regionibus. hæc Chrysostrum. Vide lector, quam iure opti-*  
 mo ex Chrysostrum in hoc circuitu Siciliam claudamus, quæ  
 tunc temporis ad Græciâ pertinebat, & licet sub Romanis esset,  
 græcissabat tamen. sed liceat id præstius ex Pauli verbis ad Ro-  
 manos scribentis venari.

Chrysol. bo.  
2. in epist. ad  
Romanos.

Rom. c. i.  
& 15.

Præmiserat Paulus, cap. i. exousationem, cur contra propo-  
 situm ad eos ire prohibitus fuerit, inquiens, *nolo autem ignorare*  
*vos fratres, quia saepe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vs-*  
*que adhuc, ut aliquem fructum habeam & in vobis, sicut & in ce-*  
*teris gentibus: græcis, ac barbaris, sapientibus, & insipientibus debi-*  
*tor sum; ita quod in me promptum est, & vobis, qui Romæ estis, Euan-*  
*gelizare; non enim erubescam Euangelium; Virtus enim Dei est in salu-*  
*te omni credenti, Iudea primùm, & Græcæ: impeditenti causas*  
 cap. xv. pluribus profequitur, *non enim audeo, inquit ille, aliquid*  
*loqui eorum, quæ per me non efficit Christus in obedientiam gentium,*  
*verbo, & factis, in virtute signarum, & prodigiorum, in virtute*  
*Spiritus Sancti; ita ut ab Ierusalena per circuitum vsque ad Illyricum*  
*repleverim Euangelium Christi. sic autem prædicavi Euangelium hoc,*  
*non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ad-*  
*ficarem, sed sicut scriptum est, quibus non est annuntiatus de eo, vi-*  
*debunt, & qui non audierunt, intelligent, propter quod, & impedi-*  
*bar plurimum venire ad vos, nunc verò locum ulterius non habens in*  
*his regionibus, cupiditatem autem habens veni ad vos ex multis*

DEPT

G

iam

50 Gloria Messanenſium

iam precedentibus annis; cum in Hispaniam proficisci cepero, spero, quod prateriens videam vos, & a vobis deducar illuc; si vobis proximam ex parte fructus fuero: nunc igitur proficiscor in Ierusalem ministrare Sanctis, &c.

Anno Christi  
58.

Ex quibus Pauli verbis nonnulla pro re presenti libet perstringere, quæ ad supradictorum maiorem probationem faciunt, lucemque addunt.

Et primo cum hæc ad Romanos Epistola scripta sit ante Ne-  
roniana vincula, hoc est anno Christi liix. ex comuni scriptorũ  
consensu, si quid ex ea de prædicatione Siciliensi haberi potest, li-  
quidò constat id omne multò ante, quam Paulus ad Cæsarem  
duceretur, contigisse. Secundo, ex eo, quod ait, se à multis iam  
precedentibus annis cupiditatem habuisse, sæpeq; proposuisse  
ad Romanos ire, nisi plurimum impeditus, ac prohibitus fuis-  
set, satis ostendit Evangelij cursum eo consilio se ab Ierusalem,  
& in circumpositas regiones instituisse, vt ex alijs in alias Provin-  
cias, ac Insulas progrediens, Romam propius accederet, in His-  
paniam vsq; progressurus. Itaq; si circa hæc tempora Rhegium  
in Magnæ Græciæ finibus, & Messaniam in Sicilia prædicans  
do peruenit, non casu, sed animo ulterius penetrandi, illud  
latum apparet. sed vt dixi non semel in itinere impeditus, pedem  
velut à meta reuocare, & ad Illyricos Evangelicæ retæ pertor-  
gere difficilis nationes, & sub barbaris, & sub Romani positas, in ex-  
passum eũ magna provinciarum, regnorũ, vrbiũq; captura Chri-  
sto retrahere coactus est; feliciore sanè verioreq; successu, quam  
quod de Timothei dormientis fortuna vrbes illi rete concludere  
sinit antiquitas. Tertio huius duo retardati itineris impedimentũ  
potissimum fuere Gentium pietas, Iudeorum malicia, illa nõ fe-  
cile erat prætereunda, hæc difficile superanda; verũq; miræ bre-  
uitate complexus Lucas, cum dixit, loquebatur quodq; gentibus, &  
disputabat cum Græcis, hoc est hebræis græcizantibus, qui vbiq;  
Paulo remoram faciebant. vnde non semel eo in itinere illi sa-  
beundi carceres, & vincula, declinandæ imposturæ, penicula  
exantlanda, & à cursu desistendum; nec semel in Ierusalem, sua  
ad sui defensionem, sua ad pauperum sustentationem reuertendũ.  
Quid? si inter hæc retardati itineris impedimenta, Messa-  
nensium magna pietate ad se Paulum aduocantium conuersio-  
nem, & Pauli cum legatis Messanenſibus in Orientem reuersio-

Asian. lib.  
3. var. bist.

nem

mem, quod à traditione habetur, subintelligat Paulus? an non hæc sufficiens sit occasio Romanæ profectiois protelandæ? an non charitati, & mori Pauli congruens? vt dicat *propter hoc, & impediabar plurimum hoc est pluries, venire ad vos, & paulò post nunc autem proficiscor in Ierusalem ministrare Sanctis*, quin, & Corinthijs vltro se comitem offeret ad deferendas collectas in Ierusalem. Quartò cum apertè Paulus in Euangelij prædicatione se debitorem facit Græcis, ac Barbaris, sed primùm Iudæo, deinde Græco. tum addat: nunc verò locum vlteriùs non habere se in Græciæ Regionibus, nempe vacuum, (vt bene Cardinalis Tolletus aduertit) in quo oporteat amplius prædicare, cum iam in eis repleuerit, seu plenariè euulgauerit Euangelium Christi, nam *ubique iam erant Episcopi, & Presbyteri*, vt ait noster Contzen, *quorum opera, & fideles conseruarentur, & infidelium reliquæ conuerterentur*, clarissime videtur sequi, in Siciliam, quæ ad Græciam pertinebat, Pauli prædicationem iam eo tempore peruenisse, nam & hoc prædicationis ordo exigebat, vt primùm Iudæis, deinde Græcis, exinde Barbaris, idest Romanis, Christi Fides annunciaretur; nec verum haberet Pauli dictum; quod nulla alia regio illi intermedia in Græcia superesset ad Euangelium, quæ illum, vt antea retardaret; quin ad Romanos proficisceretur, si vel magnam Græciam, vel Siciliam, quæ pars Græciæ erat, à sua prædicatione intactam reliquisset. Sic continenti serie tum temporis, cum hæc Paulus scripsit, videre licet constitutas per omnem Græciam Ecclesias, per Macedoniam, Achaiam, Epirum, Illyricum, & circumpositas Insulas, & Regiones, in quibus si magnam Græciam, vt dixi, & Siciliam includas, verè nulla alia Regio in Græcia lustranda Paulò remanebat, nisi Romana. vereq; dicere poterat, *nunc verò vlteriùs locum non habens in his regionibus*, hoc est in Græciæ, Adde, quod optimè conuenit cum nostra traditione, quod scribit Paulus se in hoc circuitu prædicasse in virtute signorum, & prodigiorum, in ea sic habes: *dum esset Paulus in Calabria in Ciuitate Rhegij euangelizans omni creatura iuxta illud, D. Marci cap. xvi. &c.* quod verbum non otiosè positum; nam eo capite dicitur de Apostolis per orbem euangelizantibus, *illi autem profecti predicauerunt ubique Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis, siquidem famosissimum est prodigium illud Rhegij accensæ columnæ lapideæ*

2. Corinth.  
c. 6. 4.

Card. Tol.  
in huc locū  
& Adamus  
contren. ibi-  
dem.

Cit. à Corn.  
à Lapide in  
c. 2.

*Infra. c. 12.*

pideat Paulo prædicante, de quo inferius; & ex cuius, alioquin-  
ue ſignorum fama proclive eſt credere, Meſſanenſes ad Pauli de-  
ſiderium exarſiſſe, vade in traditione additur quod *Paulus voca-  
tus fuit mirabili deuotione à Populo Meſſanenſi*. Auditis ſc. , quæ ab  
eo tum alibi cum Rhegij glorioſe fiebant verbo, & factis in vir-  
tute ſignorum, & prodigiorum, in virtute Spiritus Sancti, qui &  
loquebatur, & operabatur in Paulo. Tandem ſi prædicatio Si-  
cilienſis ſeriùs ſtatuatur, videant, qui Paulum per Siciliam à Pa-  
chino ad Pelorum vſque, & per interiores Inſulæ recessus euan-  
gelizantem volunt, quomodo ille iure, verèq; affirmare poſſit,  
quod adeò aſſeueranter profitetur inquiens, *ſic autem prædicauit  
euangelium hoc, non vbi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum  
fundamentum edificarem, ſed ſicut ſcriptum eſt; quibus non eſt annun-  
ciatum de eo, videbunt; & qui non audierunt, intelligunt*, cum pau-  
lò poſt Pancratium Taurominium, Martianum Syracuſas in Si-  
ciliam à Petro, dum Antiochiæ Cathedram teneret, præmiſſos  
Episcopos, alioſq; ſubinde, dum Romam peteret, circa annum  
Domini xlv. in tranſitu deſtinatos habeamus ex hiſtoria.

Iuuat hic ex iſta, vt puto, ſatis firmata coniectura in aliam  
atq; aliam gradum facere. Prior eſt; ſi quis roget, quam ob  
cauſam cum D. Petrus Antiochia Pancratium, & Martianum  
in Siciliam Episcopos, hunc Syracuſas, illum Taurominum præ-  
miſerit, nec multò poſt Beryllum ſecum Catanam adduxerit;  
Maximumq; Pancratio viuenti ſubſtituerit, Meſſanz tamen  
(quæ in eodem erat Maris tractu, quæquæ nulla ratione præte-  
riri poterat, & vna erat tum temporis ex præcipuis Siciliæ Vr-  
bibus Syracuſis, & Agrigento penè Romanorù prælijs deſtrui-  
tis) vel nullum deſtinatum, vel nullū ipſo in itinere datum Epi-  
ſcopum à Petro legatur. in promptu cauſa eſt, quod multo iam  
ante illi Eccleſiæ Bachylus à Paulo relictus fuerat. Si ruruſum pe-  
tas, quæ potuerit eſſe occaſio Petro ante ſuum in Italiam aduent-  
tum præmittendi in Siciliam Pancratium, & Martianum? dicat  
de facili, eam eſſe potuiſſe; nimirum cum ex Pauli prædicatio-  
ne ad fidem chriſtianiæ deſiderium maximè Orientalis Sicilia exar-  
ſerit, ipſum Paulum, reuerſione in Orientem facta, cum legatis  
Meſſanenſibus Antiochiam cum Barnaba, qui eum inquirebat,  
diuertitſe, communicataq; cum Petro Meſſanenſium conuerſio-  
ne, tum ex eo, quod Ioannes Vaſæus diligens veterum memoria-

rum

rum indagator affirmet; circa annum Christi xlv. multos à Petro, Pauloq; in Oriente creatos Episcopos, & in Hispaniam destinatos, quod de Sicilia Episcopis itidem possumus existimare.

*Ioannes Vaz  
lra apud Bo  
num de si  
gnis Eccles.  
l. 4. c. 2.*

Ex his omnibus adhuc credibile admodum fit, eundem Petrum, dum Romam peteret, non tantum Tauromini apud Pan-  
cratium, vt habet Metaphrastes, sed & Syraculis apud Martia-  
num, & Catanæ vbi Beryllum præfecit; tum Messanæ apud Ba-  
chylum ex itinere diuertisse, atq; hospitio exceptum eas Ecclesias  
in Fide, Religioneq; confirmasse, idq; ex Petri munere, atq; ex pro-  
pinq;uitate, & opportunitate Mamertini portus potest suaderi.  
Non obscure in re obscura coniecturæ, si pie ad factis ardeant,  
satis certe Maximilianus Sandæus, & Theophylus Raynaudus  
& multitudo Scriptorum, & eruditione clari hoc cuneo omne  
nodum, difficultatemque solui in nostra Traditione fassi sunt,  
sed adhuc restat, vt pro huius tractationis coronide illud quoq;  
inquiramus, si tamen haberi possit.

*Metaph.  
ser. de SS.  
Apostol. 29  
Iunij.*

### QVO MENSE, QVO MENSIS DIE, PAVLVS

Messanam ingressus, tum qua occasione, & quid  
ibi rerum gesserit.

### C A P V T XII.

**F**irmato iam, statutoq; anno, quo facultas Apostolo Paulo  
fuit primum Messanam in Siciliam veniendi, & quo pro-  
babilibus coniecturis venisse ostendimus; nõ erit abs re de mense,  
deq; de quæore, si tamen id per coniecturas haberi queat. Dixi-  
mus supra ex antiqua incolarum traditione, dum Paulus Rhegio  
Messanam traiceret, excensionem fecisse decimo ab Vrbe lapi-  
de meridiem versus, vbi adhuc in eius rei memoriam cernitur  
extructum Sacellum. Credibile id accidisse maris refluxu, mini-  
me Pauli nauis portum tenere permittentis (quod hodieq; vi-  
demus in hisq; nauigijs accidere, dum per mamertinum fretum  
iter faciunt, quauis remis, velisq; contra ire adnitantur) quod  
autem ad rem nostram hic facit, illud est (quod non semel ab alijs  
sum sciscitatus, neq; tamen sciscitanti factum satis) quam ob  
rem tantæ memorie festum in supra memorato Sacello non die  
xxv. mensis Ianuarij, neq; xxx. Iunij, celebrari contingat, ve-

*Ioſeph Bon-  
filius lib. 8.  
hiſt. Meſſan*

riūm die viij Septembris. vidit hoc Ioſeph Bonfilius in ſua Meſſana; crediditq; eo factum conſilio, quod eo ipſo die antiquitus apud Meſſanenſes conſuetudo fuerit recolendi in Aede Urbis maiore memoriam acceptæ Virginalis Epiſtolæ: cuius beneficij quoniam auctor fuit Apoſtolus Paulus, idcirco eo quoq; die memoriam appuſus Pauli Meſſanam celebrari. non mala coniectura. Aliam accipe, forſan magis arridebit: crediderim potius id factum, quod eo ipſo die Apoſtolus Rhegio Meſſanam contendens maris impotentis refluxu in mamertino littore fuerit expoſitus, ſed procul ab Urbe; indeque pedestri itinere in Urbem expectatiſſimus ſe contulerit: annis dein labentibus facti memoria relicta, cauſæ deperdita. Quæ coniectura nec modica, nec adeo aſpernanda in re tam antiqua, ſi quam habet veri ſimilitudinem, profecto docet eo die Paulum Meſſanam ingreſſum, quo die Deipara Virgo Mundi ſaluti nata, felici ſanè, fortunatoq; præſagio, vt vno eodemq; die Meſſana Fidei lucem aſpiceret, quo Orbi Virgineum Sydus illuxit, ideòq; falicior Meſſana ſub tam amico ſydere nata Cælo, quam quod olim Mundo, vt ferunt hiſtoriz, ſub Orione, Tutioſorem illi portum in Mariæ brachijs ex eo tempore habere contigit, quam qui ab ipſa natura, veluti in circino, aduerſus Charybdis, Scyllæq; rabiem formatus. Magnificentiora, firmioraq; tunc à Cæli Regina, quam antea, quam poſtea à Mundi Principibus illi conceſſa Priuilegia. nam quod maius; illuſtriuſq; poteſt excogitari beneficium, quam perpetua tantæ Dominæ protectione, benedictioneq; compotem fieri per Epiſtolam, req; ipſa clariffimis argumentis declarata? ſed non hic locus per ithac excurrendi, ad reliqua propattemus, occaſionem aduentus Apoſtoli Meſſanam vltius inueſtigaturi.

*Epift. ad Ro-  
man. c. 15.*

Nulli dubium poteſt eſſe Paulum in virtute ſignorum, & prodigiorum hoc quadriennali circuitu (quod ipſe fatetur) ſibi ad Euangelium viam ſtrauiſſe. hoc ipſum, vt in reliquis locis, ita in Sicilienſi prædicatione contigiffi, non fas dubitare; ex ipſis Traditionis verbis, vt ſupra tetigi, res facile deducitur, vbi habetur Paulum Rhegij in Calabria Euangelizantem omni creaturæ Euangelium Domini, iuxta ea, quæ apud D. Marcum cap. xvi. habentur, (ſcilicet in ſignis, & miraculis Apoſtolorum prædicationem ſequentibus) vocatum fuiſſe mirabili deuotione ab ipſis Meſſanenſibus, accepta nimirum magnorum miraculorum, quæ ab illo patrabantur, fama.

Hic

Hic placet referre illustre illud Miraculum, (quod in hoc tem-  
 pus commodius repono) quod Rhegij in Calabria predicante  
 Paulo evenisse traditur, & refert Hieronymus Marasutti, Ioan-  
 nes Angelus Spagnolus, & ex his Cornelius noster in Acta, predi-  
 cabat Paulus de nocte ea in Urbe, sed quoniam gentibus Euan-  
 gellum stultitia reputabatur, vix tandem potuit ab incolis eam  
 conditionem impetrare, ut saltem sibi dicerent aures darent, ad un-  
 guem sax; quæ columnæ lapideæ erant adfixæ, ardescent concisio-  
 longum protrahitur, sax iam extinguitur, dicta, ut suq; mirabita  
 hæc consumpta, cepit ipsa columna cum admiratione omnium  
 accendi; (ea nunc semiusta cernitur, magnaq; apud Rheginos  
 habetur in religione) sed magis auditoribus Christi fidem ca-  
 pteffendam inflammati; qui eo tandem convincti miraculo, ma-  
 nus Christo dederunt. Addunt alij etiam ad Pauli prædicationem,  
 pisces e mari profluentes, ad convincendos magis gentium an-  
 mos, loquentem illum auscultasse. hæc omnia illius Ecclesie Tra-  
 ditio, cui veluti manus præstat, firmatq; nostra traditio, si qui-  
 dem cum in ea dicatur, Messanenses Paulum Rhegio Evangelii-  
 zantem ad se magna devotione advocasse, vix de credibile factu  
 si miraculi fama vulgata, illos quoq; ad Paulum audiendum ac-  
 cersisse, eamq; præ alijs præcipuam fuisse occasionem Paulo Me-  
 sanam ad eundem ibiq; Evangelium predicandi. Igitur ut Traditio-  
 nes Traditionibus connectantur, Paulus constitutus iam Rhe-  
 gina Ecclesia, utq; in Episcopum præfecto Sancto Stephano ho-  
 mine Nicæno, cuius supra meminimus (illum Gregorius Me-  
 nica adpellat Hilartham, Hieromartyrem, & similis ætate  
 Sancto Paulo) Rhegio Messanam, ubi magno omnium ordine  
 studio ac votu fuerat, discedit, sed, ut res ante vento, vel mari  
 adverso longius à Mamernis portu deferretur eum in locum, ubi  
 diximus, inde ad tantæ rei memoriam exitum factum, quæ  
 nunc sub Monachorum Sancti Benedicti ditione, ac tutela est.  
 hæc res sumptis visibus, vna cum socijs pedes more Apostolicos  
 Messanensibus expectat illius inq; seditione die octavo mensis Septem-  
 bris anni quadragesimi primi à Virginis partu quidam dicit  
 Apostolicus Benignus, Barmanus quodam M. S. evangelium Ro-  
 mam peteret, ventorum vi Liuornum delatum pedestri itinere  
 viam relegisse.

Ex Cornel.  
 adc. 28. aff.

Io. Angel.  
 Spagnolus  
 lib. 4. c. 1. de  
 rebus.  
 Rheginis a-  
 pud Cornel.  
 cit.

Quid tum Paulus Messanz rerum gesserit, quantumque tem-  
 poris

MA 12

poris manſerit, nunc reliquam Siciliam peragrauerit, quis diuinet? Quod in Meſſanenſi traditione habetur, illud eſt, biduanas ibi concines habuiſſe, alteram de Chriſti Domini nece, alteram de Beata Virgine, deſq; æterni Verbi incarnatione; ita traditio, *et prima die predicauit de Domini noſtri Crucifixi paſſione, ſecunda uerò die de Virginitate B. Mariæ, et de Incarnati Verbi Myſterio,* hæc nimirum erat Euangelicæ prædicationis ſumma; in hoc inſtabant Euangelij præcones, ut, quamuis Chriſtum Crucifixum prædicarent, tamen Deum, & ex Matre Virgine natum demonſtrarent. Idcirco putauerim ſignanter huius biduanæ concionis mentionem factam; nam ea, quæ ſubinde eueniſſe, maius exigebant tempus. Si quidem oportuit, & alijs Fidei myſterijs imbuere populum, imbutum baptizare, Episcopum de mare conſecratum præficere, (ſi fuit Bachylus ex antiquis Tabulis); Sed in adornanda ad viuentem Deiparam legatione quantum temporis putamus impenſam? nam ubi Meſſanenſes ab Apoſtolo acceperunt Dei Matrem Virginem adhuc in uisibili, ſubſeſ Traditio, *repleti gaudio Meſſanenſes, in ſitu uerant legatos, qui cum ipſo Paulo nauigio ſe ieruoſolymam conuoluerunt, conſciunt enim hæc Traditione, quod capite ſequentibus Ignatio Martire & alijs dicemus de hoc nouitiorum fidelium ſtudij uisenda Deiparæ uiam hic aſſero Lucium Dextrum, qui in ſua diſtichonico ad ſanc- tum Chriſto xxxv. de Hispania ita ſcribit, diuerſe per Hispanias mortem Chriſti, reſurrexioneque denunciant; et *horum uisum ſæpe quam frequens ex Hispania fiebat peregrinatio, uisum conſolidaſſe.**

Quod uerò de legatis uerò cum Paulo Ieruoſolymam proficiſſe ſentibus dicitur, inueniri uidetur reliquam Siciliam tunc temporis à Paulo non fuiſſe peragratam, ſed illum per Illyricum (qui fuit ſui circuitus terminus, & erat olim uia trita ex Italia ieruoſolymam repetentibus) cum legatis nauigio Meſſana ſoluentibus diſceſſiſſe. An uerò Paulus legatis ieruoſolymam uſq; ſi proficiſſus, an ipſe illis ad Virginem præmiſſus ſit à fratribus Tarſo ductus Antiochiam ad Petrum, ut habetur Act. cap. x. diſcutiſſe infra: interim, ut cuncta capto ordine proſequamur, huius tam celebriſ legationis probabilitatem, cauſaſq; inquiramus ſibi ſuis.

QUAM PROBABILITATEM HABEAT ID, QUOD  
docet Traditio de legatione Messanenſium ad  
viuentem Deiparano.

## CAPVT XIII.

**D**ico magnam; nam (vt modo à Traditione inculcanda,  
abſtineamus, quæ in re pia pijs lectoribus ſufficere debe-  
ret, ne per eandem lineam, vt cum Tertulliano loquar, ferram  
noſtram cum rædo aurium reciprocare videamur, & eandem  
incudem ſemper tundere, Apoſtoliſ, vt dixi, viriſq; Apoſtoli-  
cis, illud ſolemne fuit, ac familiare, vt, quoties Chriſtum Deum  
hominem prædicarent, toties eum de Matre Virgine natum  
oſtenderent, ita Bartholomæus Apoſtolus apud Abdiam Re-  
gem Polymium affatur, Scire te volo, quia filius Dei dignatus eſt per  
uterum Virginis naſci cum homine, &c. illud ipſum docet Andreas,  
tùm ali; apud Chriſtophorum à Caſtro, cuius auctoris verba,  
quia maximè cum verbis noſtræ Traditionis conueniunt, liben-  
ter recito. ita ille ſic diuini Apoſtoli viuentem adhuc Virginem ve-  
nerabantur, ſic una cum Filio prædicabant Matrem, quod omnes fe-  
ciſſe dubitari non debet; quia, quoties Deum carnè aſſumpſiſſe, ac natum  
fuiſſe denunciabant, Virginem eius Matrem ſimul neceſſario fuiſſe  
demonſtrabant; ita nimirum & cum Sybillinis oraculis, quæ  
gentibus non ignota, & cum recta ratione ſentire videbantur, vt  
enim ſubtiliter argumentatur Theodoretus Ancyrae Epicoſopus  
apud Patres Ephreſæ Synodi, ſi quod natum Matris integritatem  
illeſam conſeruauit, apud rectè ratiocinantes Deus eſſe utique cogno-  
ſcetur. rectè igitur ratiocinatus S. Bernardus; cum dixit, Deum  
huiusmodi decebat natiuitas, quæ non niſi de Virgine naſceretur; talis  
& congruebat Virginis partus, ut non pareret, niſi Deum: quæ res,  
vt omnino noua, ita in admiratione rapiebat nouitiorum fide-  
lium animos, admiratio deſiderium excitabat tantum ſpectacu-  
lum de facie contemplandi; adeo vt concurſus vndiq; ad illam  
fiſſet: Quis non properaret, quis non curreret, ab extremis terræ reue-  
randæ Mariæ ſæcis decus adſpicere; & vultum omnimoda ſuauiſſime im-  
periali etiam dignitate; & ſingulari præditum poteſtate videre? quippe,  
quia nihil inueniebatur ſimile in filijs, & filiabus Ade, nihil tale in-

Abdias lib.  
8.Caſtro in  
hiſt. deip. ca  
pit. 20. ad  
not. 2.Ho. 2. to. 6.  
c. 10.Ihu. ſuper  
miſſus.

H

Pro.

Prophatis, in Apostolis, aut Euangelistis; nihil illi simile Calum, vel terra dedit; quis enim in nubibus aquaretur ei, aut similis foret Matri Domini inter filios Dei? *Et* vide, quam recto ordine citra assumptionem effulset admirabile nomen eius in uniuersa terra, *Et* fama eius celeberrima ubique diffusa est, priusquam eleuaretur magnificentia eius super caelos, ait S. Amedeus Lauſaniae Episcopus huc respiciens. auctor est Sanctus Martir Ignatius, omnium, qui ad Christi fidem uenissent, commune desiderium fuisse Matrem Virginem uisendi, nec uiros modo, sed & mulieres hoc exarsisse desiderio: sic ille ad Ioannem Apostolum scribens, Sunt hic multi de mulieribus nostris Mariam Iesu uidere cupientes, *Et* quotidie à nobis ad uos discurrere uolentes, ut eam contingant, *Et* uera eius tractent; quae Dominum Iesum auertunt, *Et* quaedam eius secreta percunctentur Mariam Iesu; *Et* haec talia excitauerunt uiscera nostra, *Et* cogunt ualde desiderare aspectum huius, si fas est fari, caelestis prodigij, *Et* sacratissimi spectaculi, & iterum in alia Epistola ad eundem, mihi, si licitum est, ad te ad Hierosulyma partes uolo ascendere, *Et* uidere fideles sanctos, qui ibi sunt, praecipue Mariam Iesu, quam dicunt uniuersis admirandam, *Et* cunctis desiderandam; quem enim non delectaret uidere eam, *Et* alloqui, quae Deum uerum peperit, si nostrae sit fidei, *Et* religionis amicus: ab uuius Ignatij uoto disce omnes. quarebant me ubique omnes pia sollicitudine ( ita Dei mater loquitur apud Rupertum ) mitum sperantes de me, quod inesset in me aliquid dignum sua inquisitione, quippe qui nouerant, quod in me, uel de me fuisset factum, quales Mater, qualem genuissem filium, non nihil in me superesse arbitrabantur de thesauris altissimi, quoa superueniens in me Spiritus Sanctus thesaurizat in conceptione tanti Filij. haec, & alia plura ex Ruperto non vno in loco uere & pie dicta. Neque uero dumtaxat à uicinis locis excursus factus ad Virginem uiuentem; sed ex remotissimis Hispaniae oris; sic enim habes ex Lucio Dextro, cuius uerba supra dedimus, iterumque damus: Diuersi per Hispanias mortem Christi, resurrectionemq; denunciant, *Et* Maria uisam, ad quam frequens ex Hispania fiebat peregrinatio, totamque Prouinciam undiq; mirificis, *Et* inauditis nuncijs complent; loquitur autem Lucius Dexter de Discipulis ob Stephani persecutionem per totum orbem dispersis, ut habetur Act. viij. quibus Epistolam Catholicam Iacobum scripsisse fentit D. Thomas, & ad quindecim milia fuisse traduntur apud Baronium; quique, ut scribit magnus

Atha-

S. Amedeus  
Episc. Lauſaniae  
ho. 7.  
d. obitu  
Virg.  
S. Ignat. E-  
pisc. ad Io.

Episc. ad eundem.

Rupertus Ab-  
bas lib. 5. in  
cant.

Idem in il-  
lud cat. qua-  
lis est dile-  
ctus tuus.

In Chron.  
ad an. 35.  
Act. 8. D.  
Tho. in Epi-  
stol. Iacobi.  
Baron. ann.  
35.  
S. Athana-  
sius ho. de  
semente, &  
kilar. iud. ut  
ib. c. 25.

Athanasius, non imbecillitate disiecti, sed fidei predicandæ gratia diuisi uniuersum orbem peragrantes uiuificæ doctrinæ virtutes, efficaciamque disseminarunt. quid autem magis mirificum, aut vnquam antea auditum, quam Virginem peperisse, & ex Virgine Deum mortalitatem induisse? hæc crebris apud gentes sermonibus per Christi discipulos longe, lateq; dispersos ferebantur, quis non facile credat Italiam, Siciliamq; (cum ex eodem L. Dextro eorum partim in Asiam, partim in Europam peruenerint) de hoc Euangelij semine aliquid leuiter, & in transitu percepisse, & quæ res Euangelio, Fideique viam strauit: ex quo fit probabilissimum, quod propotiuimus, Messanenses ad Virginis nomen, famamq;, tum paulo post ex Pauli prædicatione ingentia, habuisse incitamenta suos ad illam legatos destinandi. maxime si primitiuorum fidelium morem in electione Episcopi addas, de qua re inferius dicetur. quod si ad Styliam Simeonem videntum, utar verbis Theodoretæ in eius vita, *Perse, Armenij, & Iberi, Homerite, & interiores etiam populi conueniebant; multi etiam Populi illorum, qui ultimam Hesperiam incolunt, videlicet Hispani, Britanni, & Galli, nam de Italia dicere superuacuanum est, qui dubitari potest, ad Cœleste Prodigium, ad miraculorum Miraculum, ad Spiritus Sancti Sacram, & ad Dei Matrem, & Virginem non totum mundum, si facultas fuisset, effluxurum fuisse: audi interim nostræ Traditionis verba, & ex illis disce, quanto exæstuarint desiderio Messanenses illam salutandi, quantoque iure Messanensium Fidem, Pietatemq; extulerit Sacta Mater, ad eos rescribens: quibus auditis ipsa uniuersitas Messanæ instanter, & instantissime interrogauit, ubi residebat ipsa Regina Cœlorum Mater Dei, cui Beatus Apostolus respondit: Ierosolymis moratur, & adhuc uiuunt repleti gaudio Messanenses instituerunt legatos, qui una cum ipso Paulo nauigio se Ierosolymam contulerunt. O ter, & amplius beati, quibus ea obtigit legatio, qui ora Matris Sanctissimæ contueri, & coram alloqui præ alijs digni fuere: ad eorum felicitatem extolendam suggerit mihi verba Sanctus Episcopus Lausanæ Amedeus, quæ, vel qualis erat Dei genitricem cernere latitia. Beata gens, & felix generatio, quæ tali spectaculo meruit illustrari.*

Ho. 7. de obitu Virginis.

Quod autem habetur in Traditione de legatione Messanensium ad Beatam Virginem, præter alias coniecturas, quæ illam satis probabilem, certamque faciunt, fulciri potest ex eo, quod

Vide etiam  
Chroni. am  
B. Virginis  
ad an. Chri-  
sti 45.

habet Roullandus in sua Parthenica, seu hist. Ecclesie Carno-  
tensis cap. 4. & refertur ab Hippolito Marraccio in libro de Au-  
tenticis Marianis in S. Sabiniano S. Petri Discipulo. Is enim vna  
cum S. Potentiano, dum Euangelicæ prædicationis rête per Gal-  
liam cum ingenti animarum lucro expandunt, Carnutum perue-  
nere, tumque lustrarent totius Ciuitatis Aras, inuenerunt Aram, in  
qua scriptum erat, VIRGINI PARITURAE. Vnde notandum,  
quod Druides in Gallia apud Carnutum, & vicinas Ciuitates erant  
homines peritissimi, & insignes, qui centum, & eò amplius annos ante  
B. Virginis Natiuitatem ei consecrarent Imaginem, & Aram, quæ  
adhuc hodie exstant, titulum ponentes: VIRGINI PARITURAE.  
Mirum est, quod etiam ante Deiparæ Natiuitatem ad ipsius Imaginẽ  
miracula multa fierent. Nam, & filius Regis Montleheriaci in aquis  
prefocatus, oblationibus, & precibus ante ipsam Imaginem factis, re-  
didit ad vitam. Liberatisque Reguli Montleheriaci ad illum locum ani-  
matus Priscus Carnotensium, & Druidensium Rex carens liberis totius  
Regni, & dominationis suæ Virginem parituram fecit heredem. Ex  
quo tempore ille Principatus deuolutus est ad illos sapientes Druidas. Cũ  
autem prædicti SS. Sabinianus, & Potentianus venissent Carnorum,  
Prædicarentq; Christum filium Dei esse natum ex Maria Virgine, quæ  
illi ignorantes volebant; insuperque adderent visitatam fuisse à Regibus  
Orientis, & muneribus affectam, magno gaudio affecti sine magno la-  
bore omnes ad Christi Fidem conuersi sunt. Et ne quis eos excelleret in  
tanta Domine ueneratione, ipsi solemnes legatos ad Beatam Deiparam  
Virginem miserunt, quæ tunc morabatur Ierosymis. cui cum narra-  
sent qualiter dudum, antequam nasceretur, conciuus ei imaginem, &  
Aram erexerant, & Priscus eam heredem constituisset, eam supplici-  
ter rogauerunt, Druidarum, & totius Populi nomine, quatenus Prin-  
cipatum, & hereditatem, licet tantæ maiestatis indignam dignaretur  
acceptare. Virgo autem gloriosa legatos sereno vultu accipiens, eis gra-  
tias egit, & libenti animo donum acceptauit, promisitque totius patriæ,  
& Ciuium perpetuam fore Protectricem. His lætis nuncijs acceptis læ-  
gati redeuntes ad propria, ciuibus narrauerunt omnia, qui ineffabili gau-  
dio repleti multò amplius in B. Virginis amore, & obsequio profecerunt.  
hæc à prædictis auctoribus libenter recitauimus, vt intelligat læ-  
ctor non Messanensium solum, sed Gallorum etiam pietatem in  
destinandis ad SS. Virginem legatis, & quod hi fecere, non dubi-  
tandum pleròsq; alios populos fecisse; præterea tam subitam, in-  
gentemq;

Siue de Epist. B. M. V. ad Messan. 61

gentemq; gentilium conuersionem ad Fidem Christi non esse admirandam in SS. Apostolis, uisq; Apostolicis, in quibus Spiritus Sanctus mira, & sine mora operabatur, qui, & per Sybillarum, aliqua oracula Christi aduentum prænunciasset. Verum ut causam, rationemque harum legationum altius disquiramus: sciendum est morem fuisse ab ipsis Apostolis institutum, & per multa consequentia secula seruatum, ut constituto in aliqua Præfinitia, aut Ciuitate Principe Episcopo, is una cum populo transmitteret per legatos acceptam Fidei formulam à Christi Vicario confirmandam. Et hæc Messanenibus fuit causa ad ornandam legationis, tum ad S. Petrum, qui Antiochiæ morabatur, tum ad Deiparam Virginem, ad quam, ut pluries dictum est, Apostoli omnia deferrebant, & ad quam uisendam nouiter conuersi populi excurrerant.

Satis uero proximum est, ita piam illam legationem animo contemplari. Legati una cum Apostolo Paulo, ubi nauigio excepti fausta populi acclamatione se se in uiam dedunt; mari, uentisque secundis usq; ad Palestinæ partes appellant; inde terrestri itinere Ierosolymam profecti, ad Virginem orant admitti, quid? si per Ioannem nuper ex Asia reuersum, per quem sibi aditum ad eandem parauisse se scribit Dionysius Areopagita? sanè per Philippum, & Andream admissos ad Christum fuisse gentiles, qui illum uidere, & alloqui cupientes, Ierosolymam ascenderant; scitum est ex Euangelio. Deducti ergo in Virginis cubiculū, ad eam tantæ maiestatis conspectum ingenua procumbunt, attonitisque animis hærent: gratias egit Filius Patri, ubi gentiles ad se uenisse intellexit: gratias quoq; egisse Filio Matrem putandum est ad horum aspectum, tum paulisper, qua erat, omni charitate, comitateq; plena, dulci alloquio eos recreans, unde, quauis ex causa tantum iter susceperint, placide interrogat, illi contra poterant illud præfari: longum uicit iter pietas: tum ordine narratis, qua occasione Messanenſes Paulum Apostolum Rhegio prædicantem ad se aduocauerint. quanta promptitudine Euangelium Dei susceperint, ac sacri baptismatis fonte Pauli manu renati fuerint; quanto animi ardore flagrarint omnes eam de facie conspiciendi; quanta denique omnium ordinum conspiratione selecti legati, qui totius Urbis uota coram explicarent, Episcopi, Populiq; Messanenſis nomine Epistolam, qua Fidei à Paulo Apostolo accepta

*Dionis. Areopag. epistol. ad Paulum.*

*Io. c.*

cepta professionem contineri diximus, humiliter, reuerenterq; proferunt, eamq; ratam haberi, firmariq; postulant: Demum se, suamq; patriam, & liberos eius tutelæ, patrocinioq; committunt sempiterno: apauit Virgo Sanctissima æquis legatorum postulatis, commendataq; Messanenſium Pietate, ac Fide, oblatam Fidei formulam proprio voluit consignare, approbareq; chirographo; perpetuam Verbis professionem insuper pollicita (vt tam ex Virginalis Epistolæ verbis, quam ex scripta Traditione, quæ infra dabimus, liquido haberi potest), tum illi Cælesti aucti luce, benedictioneq; & amatissimis donati literis, ingratisq; effusi, atque diuinorum munerum thesauris ditati, in patriam lætabundi reuertunt. Opportune hic lubet exclamare cum Amedeo supra laudato: *quis unquam ab ea ignarus cælestium mysteriarum, abiit? Quis non letus, & gaudens rediit ad propria, impetrata à Matre Domini, quod voluit?* Dixi, non sine causa, legatos Messanenſes Episcopi, populiq; nomine suæ fidei à Paulo acceptæ professionem, Virgini comprobandam obrulisse, quia is vetus Christianorum mos, & traditio ab ipsa Oriente Ecclesia (& ecce tibi aliam, potissimamq; causam huius illustis Messanenſium legationis in Orientem ad viuentem Deiparam), nam vbi Episcopus eligebatur, *de sua fide mos inoleuit* per Synodicas literas referendi ad Caput Ecclesiæ, ab eoque fidei approbationem postulandi. Idemq; putandum factum ad Virginem ipsa viuente, vt statim ostendemus, eius moris meminit luculenter S. Cyprianus Martyr in Epistola ad Cornelium Papam, & S. August. epist. 162, tum Leo IX. ad Petrum Patriarcham Antiochenum, qui de hoc more scribendi etiam electo Episcopo, mittendiq; suæ fidei formulam, sic habet. *promotionem tuam ad Episcopale fastigium promotione Cleri, & Populi, sicut asseris factam, atq; primæ sedi, cui Deo auctore, quamuis indigni, præsidemus, annunciare, & exponere curasti, & paulo post sanæ fidem tuam, quam proprio scripto summa, & Apostolica Sedi exposuisti, sanam, atq; Catholicam, & Orthodoxam per omnia protestamur: plenz sunt historiæ huius antiquæ consuetudinis lege Bozium lib. 5. c. 3. & 4. Sed ad maiorem rei comprobationem Sophronium Ierofolymitanum Patriarcham iuuat audire, ab Honorio Pontifice suam fidem comprobari postulantem, vbi ad eam dignitatem euectus est, deq; hoc veteri more sic differente. Apostolica, inquit, & vetus Traditio inualuit, vt qui ad Hierarchiã eligun-*

Amedeus  
sup.cit.

S. Cyprian.  
in epist. ad  
Cornel. Pa-  
pam.  
S. August.  
epist. ibi.

Sophron.  
Patriarcha  
apud Fræ-  
turrian. loc.  
citando.

eliguntur, ad eos, qui in Hierosolymis capti essent, & ad maiora & maiora  
 maiores sunt, omnino sincere referant, quid sentiant, & qua fide sint.  
 Paulus enim, cum aliquando arcana Dei, quae nobis licet homini loqui, ut  
 ipse ait, cognouisset, inuebat tamen, ne, cum alijs predicaret Euange-  
 lium salutis, ipse reprobus fieret. Unde & Ierosolymam ascendit, quae  
 quam Christi discipulus celestis, & antecessoribus suis discipulis se sub-  
 misit, & euangelicam doctrinam quam predicabat, ijs, qui conspicio-  
 bantur alijs antecellere, manifestauit, ac dogma cum alijs communica-  
 uit. quorsum autem haec fidei, quam immediate à Christo acce-  
 perat communicatio? sequitur Sophronius, communicans postea  
 interrogando, ut firmum sibi fieret, quod tradebat, & exemplum  
 firmum posteris reliquens, ut sic ipsi quoque facerent; quod exem-  
 plum ita fixum, firmumq; posteris fuit, ut in consuetudinem uer-  
 tit per multas aetates, tamquam ex Apostolica, Diuinaq; traditio-  
 ne, nos quoque (pergit Sophronius) huic consuetudini seruimus ad  
 vos uosque .i. diuina scientes, qualis sit fides nostra, scribimus, ut pro-  
 betur; scribimus, inquam, ad uos, qui non solum nostis discernere lega-  
 tima dogmata ab adulterinis; sed etiam supplere, quae desunt, potestis.  
 haec ille, qui plura desiderat, adeat Turrianum, Baronium,  
 Bozium.

Ex quibus liquidò apparet legationem Messanenensium ad Vir-  
 ginem non solum ex pio affectu, votoq; conspicienda Virginis,  
 quod satis superq; esset, verum ex Apostolico statuto ob recen-  
 tis Episcopi electionem à Paulo illi Ecclesiae constituti, imo et  
 ipsius Pauli exemplo, monitoq; profectam non quòd Deipara  
 esset caput Ecclesiae, sed quòd nihil ea inconsulta, dum in uisus  
 esset, ob eius dignitatem, ab Ecclesiae capite, ceterisq; Apostolis  
 maxime circa fidei dogmata a ut proponeretur, aut decernere-  
 tur, ut supra ex Castrio docuimus, magisq; infra ex L. Dextro  
 docebitur, & ipsa ratio dicat, quam tangit Rupertus Abbas  
 Virginem alloquens: postulandum, inquit, ut ad ostium ueritatis,  
 & consulendum Oraculum Spiritus Sancti, scilicet Sacramentum petro-  
 rum, ut uisus uoce omnem necessariò tenendam demonstrans regu-  
 lam fidei. notissimum est Sanctam Mariam unà cum Ioanne  
 Apostolo sui muneris, dum apud nos mortales essent, non obli-  
 tam, dedisse e caelo Thaumaturgo Gregorio fidei regulam, ut ex  
 Gregorio Nysseno in Thaumaturgi uita refert Baronius ad ann.  
 Christi 333, quam mox Gregorius uisione uisita scriptis man-  
 dauit,

Franc. Tur-  
 rian. an. lib.  
 2. pro epist.  
 Pontific. 4.  
 Baron. ad  
 an. 39.  
 Bozium de  
 signis Eccle-  
 siae lib. 5. c.  
 3.  
 Chrystopho-  
 rus Castrius  
 Benzoni.  
 p. 85. c. 47.  
 Rup. lib. 5.  
 in cant.

davit, atque & ipse docuit, & posteris reliquit, tum Occiden-  
 talis, Orientalisque Ecclesia cognitam approbavit, religioseque,  
 ut sacrum Virginis depositum diu custodivit. Id quod cum le-  
 gatis Messanensibus præstitisse Virginem luce clarius videre est  
 tum ex Verbis nostræ Traditionis, tum ex ipsa Virginali Episto-  
 la. Vis nosse summam fidei à legatis Messanensibus Virgini ob-  
 latae per publicas literas? audi rescribentem Virginem. *Vos om-  
 nes fide magna legatos, ac nuncios per publicum documentum ad nos  
 misisse constat: Filium nostrum Dei genitum Deum, & hominem esse  
 facturum, & in Cælum post suam resurrectionem ascendisse: an non  
 hæc Evangelij Pauli ad gentes prædicantis summa fuit? audi il-  
 lum c. 15. epist. 1. ad Corinth. Notum facio vobis Evangelium,  
 quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod &  
 salvamini, &c. tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quoniam  
 Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas, & quia  
 sepultus est, & quia resurrexit, &c. vis eiusdem fidei formulam,  
 de more à Virgine comprobatam? audi verba traditionis, quæ  
 sanctissimis manibus propriis se subscripsit in quodam chirographo ac-  
 ceptando, & confirmando omnia, vide, amabo, lector, ut nostræ con-  
 iectationis veritas ab Virginis ore, à more veteri, à firma tradi-  
 tionis lucem, firmitatemque accipiat.*

Hæc mihi scribenti nova subministrata coniectura à veteri  
 codice M. S. thesauri Messanensis, ubi inter cætera post ipsam  
 de Virginis epistola traditionem, post ipsam Virginalem Episto-  
 lam, continuo legebatur regula fidei, siue Apostolorum Sym-  
 bolum; statimque venit in mentem suspicari non inuerosimiliter,  
 hæud aliam fuisse fidei professionem à Messanensibus Virgini  
 oblata, quam, quod Apostoli post acceptum Spiritum Sanctum,  
 tenendum fidelibus proponebant, tamquam veræ fidei tesseram,  
 quod Paulus à Petro acceptum, ubi primum Ierosolymam ascen-  
 dit, in gentes detulit; quodque à Paulo edocti Messanenses, vna  
 cum Episcopo recens creato, de more fidelium firmandum, com-  
 probandumque per legatos Ierosolymam ad Virginem miserunt,  
 tum Virgo proprio chirographo ratum, firmatumque remisit,  
 communis coniecturam cū viris pijs, & eruditis, amici plau-  
 sere, quæ alij, alij viderint.

Ne hæc lector in eo, quod legit, Paulum cum legatis Mella-  
 nensibus seposita Romana expeditione Ierosolymam contem-  
 disse

disse, ad quam ex Epist. ad Galatas à prima profectio, quæ accidit ad annum xxxiv. non nisi post annos quattuordecim ascendisse constat, ( id quod nostræ sententiæ apertè repugnare videtur, qui contendimus hanc legationem obtigisse circa annum xxxxi. ) facilis solutio, si dicas, non omnes Ierosolymitanas profectioes, sed celebriores, & eas tantùm, de quibus occurrebat scribendi occasio, in sacris literis haberi. certè multò plures fuisse non negat Scriptura, & affirmat Hieronymus, & Chryso-  
 stomus. Præterea, licet in traditione habeatur Paulum cum legatis se Ierosolymam contulisse; non continuò sequitur, Ierosolymam peruenisse, satis .n. est, si eo animo Messana soluerit iuxta regulam à S. Augustino traditam lib. 2. de consensu Euangelistarum cap. 20. aiente, *non solum enim dicere solemus, accessisse aliquem, etiam antequam perueniat illuc, quò dicitur accessisse: unde etiam dicimus: parùm accessit; vel multum accessit eo, quò appetit peruenire: verum etiam ipsam peruentioem, cuius adipiscendi causa acceditur, dicimus plerumq; factam, &c.* Igitur sine vilo præiudicio traditionis, & Sacræ Historiæ, & potuit Apostolus Paulus cum legatis Messanensium, priusquam ad Petrum accederet, rectà ad SS. Virginem ire. Et potuit legatis Ierosolymam præmissis ipse ad Petrum à Barnaba deduci. Et potuit etiam, quod probabilissimùm existimo, cum ipsis legatis prius ad Petrum de via declinare, vt illum coram edoceret de suæ prædicationis progressu, profectuq; deinde Ierosolymam ad SS. Virginem contendere, sicque Petro, vt Ecclesiæ capiti, ad quem veræ fidei formulas vel tradere, vel confirmare spectabat; & SS. Virgini, vt vniuersali Religionis Magistræ, ad quam, dum viueret, cuncta referebantur, ab Apostolis debitus honor deferretur. Vt vt res euenerit, id accidit ex veriore Chronologia, vt diximus, ad annum Domini xliij. quo àno traditur consignata Epistola Deiparæ ad Messanenses. absolutaque est quadriennalis prædicatio Pauli per totam Græciam, quam sub silentio prætermisit Lucas, quia in longinquis partibus peracta; & quæ causa fuit Apostolo ferius, quam statuerat, ad Romanos proficiscendi, vt ipse affirmat, *propter quod, sic ille in Epist. ad Romanos cap. 13. impediabar τὰ πολλά, idest pluries venire ad vos, quod quidam de tempore interpretantur, rectius Tertullianus de cura gentium conuertendarum. ita græcus interpretes τὸ πρὸς τὰ ἴθνη διδασκαλίᾳ ἐκώλυε. idest doctrina gentibus explicanda me*

Ad Galat. c. 2.

In Epist. ad Galat.

Ad Rom. c. 15. Apud Adā Contzen in epist. ad Romanos.

In Corinth.  
c. 16. 4.

*da me impedijs*, nec ab ardore animi Pauli alienum fuit Legatis Messanensibus comitem se addidisse, qui pro elæmofynis Ierololymam ferendis societatem suam vitro exhibet Corinthijs, atq; vt ipse fatetur, eandem ob causam profectionem Romanam, aliquando abruptit. Sed nunc dubito illum acceptam à Messanensium pietate, & liberalitate eleemofynam non spernendam secum in digressu in fideiũ vsus distribuendam attulisse. lege, quæ notat Serlogus in Cant. 10. 2. vestigat. 2. sect. 1. nu. 55. ex D. Augustino de peregrinatione fidelium nouitiorum ad Virgigem non absq; numeribus, iuxta illud ps. 44. *Et Filie Tyri in muneribus, vultum suum deprecabuntur omnes diuites plebis.* Quid? si dicamus id factum occasione conueniendi Petrum, vt communicato cum eo consilio in Siciliam, & Italiam Episcopos destinent? quod sanè factum constat circa ea tempora, vt superius ex Io: Vasso aduertimus, vide lector, quantis firmetur argumentis veritas; sed maior adhuc restat nodus enodandus.

AN VICISSIM DE IPARA AD MESSANENSES

*Epistolam dederit, & an ea ipsa sit, quæ circumfertur.*

C A P V T X I V.

**D**iuersa, sed valde connexa quæstio, quæ simul soluenda, priorem partem tetigit, soluitq; bonus Auctor Ioannes Bonifacius è Societate Iesu in Historia Virginali inquires sibi dubium nullum esse, si Messanenses ad Virginem scripsere, quin ipsa, qua erat humanitate prædita, ad Messanenses responderit per Epistolam; quod cum in superioribus satis abundè præstiterimus; acta res videtur. Neque verò sine aliqua graui nota potest, aut debet à quouis in dubium reuocari tam antiqua, licet priuata traditio hoc solum nomine veneranda, quæ tanta pietate firmata, tot Scriptoribus recepta, multis argumentis stabilita, nec non clarissimis miraculis comprobata dimoueri nequis sine præiudicio pietatis, auctoritatis Doctorum virorum, aliarumque memoriarum sacrarum, quæ in diuersis Ecclesijs, vt certæ, vt ratæ, vt indubiæ seruantur, solaque pura, puta, Traditione fundantur, nec paribus, æque, atq; nostra, firmamenti nituntur,  
vt ex

Io: Bonif. lib  
5. hist. Virg  
c. 18.

vt ex sequentibus constare potest. Tota igitur disputationis summa eò redigitur, vt ostendamus satis probabiliter eam ipsam esse Virginis Epistolam, quæ circumfertur ex Lascaris translatione, nec .n. defunt, qui de re ipsa, posita tam antiqua traditione, haud dubitent, de formula tamen Epistolæ, tamquam à Lascare, vel aliquo alio fabricata, in suspicionem veniant. Equidem facinus non insolens quamquam audax, & temerarium, tum in re sacra, tum profana ficta pro veris substitui, vt accidit nostris temporibus, in suppositio libello de cōsolatione Tulliolæ, in quem acriter I. Lipsius, & de celebri illa Epistola, quæ sub Herodis nomine circumfertur de rebus à Christo gestis ad Romanum Imperatorem, vt refert Eusebius in Historia Ecclesiastica. idem opinatur doctissimus Baronius, vera scilicet deperdita falsam fictamque in eius locum substitutam. Et in nostra Virginali Epistola quedam videri possunt viris doctis, quæ illam de fictione arguant, siue in salutatione, siue in clausula tamquam ab antiquitate, & veritate aliena: nihilominus quod populorum religio, persuasioque admittit consensu vnanimi; quod graues auctores recipiunt; firmat coniectura; confirmat ratio; obiectio non infirmat, & si quid est falsi suspicionis, vel excusat pietas, vel conciliat eruditio, non facillè reiiciendum, admittendum potius quis dubitet? *ridiculum, & satis abominabile dedecus*, apte in rem nostram cadunt Nicolai Pontificis verba, *vt eas traditiones, quas antiquitus à Patribus suscepimus, pro libitu semper errantium infringi patiamur: multa porro sunt, quæ huius sacre Epistolæ veritatē possunt elucidare, & si bene examinentur, fidem à pio lectore obtinere, scilicet ipsa Traditio, Ratio, Coniectura, Auctoritas ab Ecclesia, ab Cælo, ab Hominibus. A Traditione iam ordiamur. stet igitur primo loco.*

*Ex Antoni  
no Posseni-  
no to. 2. bi-  
blioth. lib.  
6. sec. 4.  
Ex Baron.  
in annal. ad  
an.*

*Nicol. P. 1.  
& habetur  
dist. 2. §. ri-  
diculum.*

TRADITIO ECCLESIAE MESSANENSIS.

CAPVT XV.

**T**raditio, in quâ quæ & Deiparam ad Messanenſes Epistolâ propria scriptâ manu dedisse, & hanc illâ esse, quæ in manibus omnium magna cū pietate versatur, constanter affirmat. Traditio non nupera illa quidem, aut nouitia, sed antiqua, & à

nulla hominum memoria licet enim ob varios Siciliae motus diu apud exteros res latuerit, ſemper tamen exiit aliquod eius veſtigium apud Indigenas, hoc ſibi voſuiſſe videtur Auctor præſationis Virginali Epiftola præfixæ, in qua noſtra Traditionis ſeries legitur, cum dixit, *ſiſpenius exteris ignoratum, exteri, inquam, non Meſſanenſibus, aut Siculis, quod velim aduerſi ab iſo, qui Laſcarem auctorem faciunt, cum Laſcaris traductor de Græco in Latinum fuerit, non auctor, ut ipſe in eâ præſatione habetur.* Hæc tamen inſicias iuvenimur Laſcaris ævo, eam rem maiorem hæc non recepiſſe, cum ab eius traductione cœpit in vulgum efferri Virginalis Epiftola. Veruſtatem tantæ Traditionis confirmat Sacellum vetuſtiſſimam Literæ, ſus & libris, quod magna in Veneratione ſemper fuit apud Meſſanenſes, totum alia modo ſatis antiqua græcorum, quæ in diſſione claræ Gentis Latino ſub titulo Sanctæ Mariæ del Graſeo, ſeu de Litera conſtructa eſt, idipſum continet. Sunt & alia argumenta, quæ huius Traditionis vetuſtatem Meſſenſe oſtendunt, de quibus latius in ſequentibus. Redeo ad Traditionem, quæ ſi nulla alia auctoritate imponeretur, ſola ſatis eſſe deberet in re præ Romanis, & potuſſet quæſquis illa eſt, nihil innoteret, niſi quod illa diſſiſſima, & præcipua, & quod Antiqui, & Traditiones conſuetudo firmata, non eruditur, & non nec plebis præterire debet. Cur non ſatis Traditionis nobis, quæ in grandiffimis Eccleſiæ rebus ſatis? Sicut illa Papiæ Joannibus ſcripto, qui, ut ſcripſit Eufebius, & Hieronymus, non tam ſcripturam requirebat, quam hominum Traditionem. Sicut Iuſtino, qui in controuerſis ad priuatas Eccleſias non eſſe recurrendum, quod de priuatis traditionibus multo magis ſentendum, nec enim Paſtus in Britanniam, nec Pauli in Galliam, nec Iacobus in Hiſpaniis, aut Barnabæ in Italiam aduentus conſtat, niſi hæc Eccleſiarum priuatis traditionibus fides haberetur. Porro quis neſciat, multas Traditiones, prius quam in totam Eccleſiam inducerentur, diu, multumque in priuatis Eccleſiis priuato cultu ſeruatas fuiſſe, exinde paulatim fidelium pietate publici iuris factas? Quænam autem fidei habere debeat hæc priuata Traditio apud eos, qui recte, atque ſincere iudicant, ex illo cognoscebat traditum illa in Eccleſia ſæ Virginali adſeruati, in alia, atque in ſacris eius Capilli, Cingulum, Veſtis, Annulus, & quod maxime eſt, nulla fere Eccleſia eſt, quæ de SS. Crucis ligno non glorioretur, & nemo

Ex. Steph.  
P. & M. die  
2. Auguſti.  
S. Leo. ſer. 9  
de ſeſennio  
ſept. menſis.  
Eufeb. lib. 3  
hiſt. c. 33. et  
Hier. in Pa-  
pia.  
Iren. lib. 3.  
c. 4.

nemo pius, nemo sanus audeat de veritate dubitare, aut inquire-  
 re, sola contentus traditione, ne Pietati fiat iniuria, si in examina-  
 tione veteresq; memorie reuocentur; cur non & in nostra tradi-  
 tione de Epistola Virginis acquiescamus, credamusque eam ip-  
 sare esse, quae Sanctissimae eius manibus scripta traditur, quando  
 acquiescunt Auctores graues, & docti. satis sit hic audire vnum  
 Maximilianum Sandaeum, qui de hac Messianensis Ecclesiae Tra-  
 ditione à se diligenter examinata sic scribit in sua quadam Epi-  
 stola, *in eam veni opinionem, vel nullam ipsius Ecclesiae privata pro-  
 bandam esse Traditionem (quod temerarium esse asserere.) vel Mes-  
 sianensium de Epistola Deipara nullo modo posse recedi, audisti San-  
 daum, audi Chrysostrum: Traditio est, inquit Chrysostrum,  
 nihil quaeque amplius tantum Traditioni tribuebat vir diuinus. Audi  
 Achanasium, qui traditionibus inheret, extra periculum est, audi  
 Basilium, ut in ore trium stet omne verbum. Apostolicum autem  
 arbitrum esse etiam in non scriptis traditionibus perseverare, velle au-  
 tem de Scripturis Traditionum probare veritatem est nescire,  
 quid traditio sit. Si Auctorem queras in hac nostra traditione,  
 occurrit Tertullianus Traditio tibi praetenditur Auctrix, Consuetudo  
 confirmatrix, & id. servatrix, si rationes exoptules; pergit Tertul-  
 lianus, rationem traditioni, consuetudini, fidei patrocinaturam, cui  
 ipse perspicies, aut ab aliquo, qui perspexerit, discas; interim nonnulla  
 esse credas, cui debeat obsequium. Iam vero, ne nudam Traditio-  
 nem obtendisse videamur, rationes Traditioni nostrae patrocina-  
 tes, quas ipsi ex affectu in Virginem, & veritatem perspeximus,  
 alijs quibus perspicere non licuit, proferamus in medium, ne  
 quae in nos illud possit iacere, qui pro se rationem non habet. & ra-  
 tione conuincitur frustra obicit veterem consuetudinem (id est tra-  
 ditionem) sine qua nihil est vetustae consuetudinis (id est traditionis)  
 quem multis erroris, ideo secundo loco proponenda.*

Christ. ho.  
4. tit. c. 2. ep.  
2. ad Thess.

Athan. lib.  
de Incarn.  
Verbi.  
Basil. lib. de  
sp. s. c. 29.

Tertull. lib.  
de cotona  
milit. c. 3.

Ex dist. 8.  
cap. frustra.

Consuetudo  
& traditio  
idem sunt B.  
Basilio lib.  
de sp. San.  
cap. 29.

**RATIONES, ET CONIECTURAE QVAE NOSTRAE**

*Traditioni fauere, germanamque esse Virginis Epi-  
 stolam conuincunt.*

**CAPVT XVI.**

**V**bi satis de nostrae Traditionis vetustate ac religione con-  
 stat, ad rationes, & coniecturas deuenio, quae vt cumq;  
 haberi

haberi poſſunt . nec enim nouam , vt dixi , opinionem iudicere conamur , nec omniam , que à maioribus tradita ſunt , ratio reddi po- teſt , ait Iure Conſultus ff. de leg. L. non omnium 23. queſt. 4. Prima illa ſit , quod per eam Epistolam maximè pietas in Virgi- nem apud populares Meſſanenſes , pleroſq; alios Principes , & Sa- pientes viros incrementa ſuſceperit . & hanc ſummam rationem iure appellant Iuriſperiti ( ſumma , & ſouenda eſt ratio , que pro- pietate , & religione facit . ) Diximus ſupra , cum vniuerſim de- inueſtiganda veritate priuatarum traditionum ageremus ex Hie- ronymo , & Auguſtino , eas , que contra pietatem non ſunt , tradi- tiones retinendas , vt à maioribus accepimus , quanto magis , que pietatem ſouent , ſouendę ? quid verò in hac Virginali Episto- la non pium , que tota pietatem ſpirat , & ad pietatem accendit ? Conceptę Pietatis argumenta per hanc Epistolam plurima ſunt , nec vnius generis , aut gentis . Quot per eius Sacre Epistolę attra- ctum à deſperatis animi , corporiſque morbis ; à demonum infi- dijs , à præſentibus periculis erepti ? quot ea veluti certo antileto contra præſtigias inferni vſi non ſine opere pretio ? quot illam inter ſacras reliquias in veneratione habuere ? vt de pluribus viris illuſtribus taceam , Anna Philippi H. H ſpaniarum Regis illam è collo ſuſpenſam præcipua religione gerebat , tum Philippus eius vir magno in honore habuiſſe dicitur . Item pius admodum , ac religioſus vir , qui non ſine fama ſanctitatis occubuit Thomas à Lemos , ex Sacra Prædicatorum familia inter Lipſana eam re- ligioſe ſeruabat . Nec verò eius geſtatio fuit ſine pietatis pretio in milite Hiſpano , qui in bello Mediolanenſi ignita pila percuſ- ſus in ea pectoris parte , vbi erat Sacra Episto- la , pilę impetum per- ſenſit , ſed nullo vite damno ; quod ille virginali armaturę , que icum percepit , & in qua pila reſedit , tribuebat non ſine mira- culo . Aliud ſimile de alio milite refertur . Illud certè publica vo- ce peruulgatum , quo tempore triennalis lues Siciliam fatigauit , eos , qui ſacram Epistolam ſecum detuliſſent , immunes à peſti- lentiali morbo fuiſſe ; indeq; factum , vt eius exemplaria ſtudioſè expeterentur . Sed de hac re ſatis . Certè Paulus V. Pontifex Max. in Diplomate , quo eius Sacre memorię feſtum Indulgentiarum largitione proſequitur , proſitetur ſe id facere *ad augendam fide- lium religionem* , que in dies magis per Orbem Vniuerſum ma- gna miraculorum frequentia extenditur . Idem habet Urbanus

Papa

In l. cũ per- ſona ff. de relig. & ſi- pt. ſiuer.

Et in c. ſin. de re iudica ta. & c. rela tiu apud Na nar. de bor. cano. c. 10. n. 29.

Ex Melch. Encofer.

Paulus P. in bulla da- ta no. 1616 25. Ian. & Urban. VIII. in Bul- la data 17. Maij. 1627

Papa VIII. in alio Diplomate. Itaq; prudenter Laurentius Massellus lib. 3. vitæ Virginis cap. 18. sic de hac nostra Traditione scribens statuit, *totum id, quod edificat, charitatem auget, pietatem excitat, non debet à viro sapiente, & pia repudiari.* Igitur non pro Pietate saltem facere conuincuntur, si qui rem adeo piam, & quæ pietatem fouet, nec ab Ecclesia reprobatur, imo ipsa sciente, & consentiente permittitur, ac in dies nouis additis coniecturis firmatur, quoquo modo infirmare, aut reprobare contendant.

Massell. 2  
Soc. I. de vi  
ta V. lib. 8.  
cap. 18.

Et verò ex sola Pietate, & Religione Messanensium in hoc sacro festo celebrando, quod fit die 3. Iunij, facile quiuis ex se (vt plerisque contingit) de huius piæ Traditionis veritate potest conijcere. Videas toto Triduo ante festum luminibus, facibusq; vndique Urbem de nocte ardere in signum conceptæ lætitiæ erga Patronam Virginem, Generale Ieiunium tã corporum, quam animarum præcedere, quippe sacra Exomologesi tota fere ciuitas expiatur ad rite festum celebrandum, Omnes ad frequētissimam Supplicationem concurrere, in quatria millia facium recensita, Ipso die festo ad sexaginta millia, & amplius diuino pane refectos esse studiosè animaduersum, ipso Senatu ex voto etiã communicante. Sequitur sacra Concio in templo maximo, Post animorum cibum datur agape ex publico aere omnibus indigentibus, ac per octo continentes dies summa cum hilaritate, & pietate festum protrahitur.

Altera ratio sit ab ipsius Virginis facilitate, & humanitate, hanc tetigit Ioannes Bonifacius in sua hist. virginali lib. 3. cap. 19. si enim Resp. Messanensis ad eam per suos legatos epistolam dedit, quid procliuus est suspicari, quàm quod humanissima, & amantissima Domina suam & ipsa Epistolam dederit? atq; hanc illam esse, quæ præ manibus est, illud conuincit, quod tota spiret maternos amores, maternam benedictionem, maternam protectionem; denique mel virgineum, vt iure, vereque eam antiquus Scriptor L. Dexter dulcem appellarit, nec id satis, si non, quæ amanter spondet, ipso opere comprobasset; & sæpissime, crebrisque miraculis, & per omnes ætates.

Ioannes Bo  
nifacius 2  
Soc. Iesu lib  
5. hist. Virg.  
c. 18.

Traditio est, & constans fama apud Hispanos Deiparam sic Iacobum Apostolum, dum in Hispania versaretur, fuisse allocutam; *hoc ipso loco vobis erige templum; hec enim Hispanie pars meo nomini erit addictissima, & ego eam iam nunc in meam protectionem recipio*

recipio

*recipio* : euentus veram probauit traditionem . Eadem ſpondet Meſſanenſibus per Epistolam perpetuam ſuam protectionem, ob quod vos, & ipſam Ciuitatem benedicimus, cuius perpetuam protectionem nos eſſe volumus, ſtat promiſſis; cur non eam verè eſſe, Virginis Epistolam fateamur? reuolue mihi Urbis annales, & ad hæc uſque tempora veteres memorias repete; illuſtria huius Marianæ protectionis veſtigia reperia; & cum certum Urbi periculum, tunc præſens Mariæ auxilium videbis: adeò vt, ſi deſint cætera argumenta ad rei veritatem comprobendam, hoc vnum ſufficiat .

*Pet. Caniſſi  
de Virg. lib.  
5.6.*

Tertia ratio, & coniectura ab eius munere, more, & charitate deſumi poteſt: quæ ſimul complexus eſt Doctor Petrus Caniſſius, vbi de Virginis epistolis meminit, *aliquando, inquit, verbis, & ſcriptis; non numquam per Apoſtolos; ſepè fida precatione ſuam erga proximos charitatem oſtendebat, quid ni ageret per litteras cum abſentibus, quæ etiam, cum opus fuit, in Aſiam uſque deſcendit cum Ioanne ad eam viſendam Eccleſiam; nec non Antiochiam ad Ignatium ſe ire pollicetur? & quæ, vt loquitur Angelus apud S. Birgittam, quæ verbo, quæ opere innumerabiles Iudæos, & Paganos ad Catholicam Fidem conuertit? ſine qua nihil Apoſtolos egiſſe, ſtatuiſſe, ſcripſiſſe Ieroſolymis in ſtabilienda Eccleſia credendum eſt: vt notauit Chriſtophorus Caſtrius ante laudatus. Audi L. Dextrum ad an. xxxiv. *Sacra verò Virgo conſilio, luce doctrine, & mirabili vite exemplo præſidet collegio Apoſtolico, nihilq; graue gerunt illi, quod non eius conſilio, ductuq; gerant, vt iure appelletur Beata Virgo ab Angelo apud eandem Birgittam (Apoſtolorum Conſilium) & ab Auguſtino (gentium Magiſtra) ab alijs (Apoſtolorum illuminatrix): quare ſatis verò ſimile eſt, cum ad Petrum priuatæ Eccleſiæ de ſua fide referrent, (referebant aurem maximè, vt dixi, in Episcopii electione.) ad ipſam quoq; Virginem, quæ tunc Ieroſolymis erat, litteras Synodicas dediſſe, quod ab eius auctoritate, & diuina ſapientia deduci poteſt; & ex eo, quod fecit è terra cum Meſſanenſibus, & è Cælo cum Gregorio Taumaturgo firmari, cui fidei tenendæ formulam per ſe dedit, vt ſupra dictum eſt.**

*Aug. apud  
S. Birgitt. o-  
rat. 1.*

*Ibidem.*

*Aug. ſer. 6.  
de Natiuit.*

*Ex eius vi-  
ta apud Gre-  
gor. Nyſſ.*

Quarta, eaque ſatis valida Ratio, (quæ apud Catholicos Doctores magni ponderis ſolet eſſe in Eccleſiaſticis Ritibus, & Traditionibus ſtabiliendis) deſumitur ab antiquitate Sacrarum:

Ico-

Iconum, vel à Literis Deiparæ insignitarum, vel ipsas literas præferentium.

Et quidem valde celebris est Messanæ antiquissima tabula Maioris Ecclesiæ, quæ à S. Luca depicta creditur, & Sanctæ MARIÆ à Litera nomen retinet, in memoriam (vt ex traditione patrum in filios habetur) acceptarum à Virgine Literarum; Cuius festum nunc magna pietate, & cultu celebratur die 3. Iunij, qua die notatur scripta Virginis Epistola in latinis exemplaribus. Imago autem est ea, quæ sequitur, cum

Inscriptione Græca *Μήτηρ Θεῦ ὑποστυλιῶσος*: idest:

Mater Dei velox ad audiendum. qua in-

nuitur eius facilitas ad exaudiendum

supplicū preces, & vota, quod

frequentibus, apertisq; mi-

raculis in rebus publi-

cis, priuatisque

probatur.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several paragraphs and appears to be a formal document or letter.






Ω  
ΜΡ

ΗΓΟΡΓΟ

Ω  
ΘΥ

ΕΠΗΚΟΟΣ




IMAGO SANCTAE MARIAE A LITTERA  
*Miraculis clara, et à Sancto Luca depicta traditur.  
Eius Festum ex concessione S. Petriam Congregationis celebratur  
Messanae die 3 Junij:*

Est item Messanæ Sacra Aedes vetustissima Græcorum nuncupata S. Maria del Grafeo, quod latine commode transferas, de scripto, seu de litera. Huius nuncupationis ea causa traditur extabulis eiusdem Ecclesiæ: quod cum antiquitus latinus, græcusque Clerus in vna eademque versarentur Maiore Urbis Ecclesia, facta deinde diuisione, titulus latinæ Aedis fuerit Sanctæ Mariæ à Liteta, seu corrupto vocabulo del Literio; Græcanicæ verò Sancta Maria del Grafeo, quod idem est, ac de Litera. Porro Imago del Grafeo hæc est.



Faint, illegible text at the top of the page, possibly a header or title area.



Et ex his quidem Iconibus vetustissimis sub nuncupatione  
 litterarum à Virgine scriptarum valde firmum redditur, quod  
 probandum suscepimus. Illud, quod addo, magis rem convincit.  
 Superioribus annis reperta est in antiqua Græcorum Orientaliū  
 Aede sub nomine Sancti Nicolai Imago satis vetusta, ut à pi-  
 ctura ipsa (quæ antiquum Græcarum Imaginum habitum præ-  
 sefert), & à tabula, in qua depicta conspicitur (est enim quam-  
 uis in loco eminentiore, siccoque seruata, tota cariosa, tineisq;  
 exesa) & si eò loci fuit collocata, cum ea Ecclesia est fundata,  
 quingentorum annorum ætatem superat. quidquid sit de tem-  
 pore, satis, ut dixi, antiqua esse oportet. In ea tabula vi-  
 dere licet Dei Matrem aspectu habituque veneran-  
 do puerum IESVM vulnis complectentem.

Is tenet manu dextra volumen cartha-  
 ceum, ut mos erat antiquis scri-  
 bendi, & complicandi

Epistolas, in quo

Græcis literis aspicitur ex parte exarata

Epistola Deiparæ ad Messanen-

ses, ut ex subiecta con-

stat tabula.



Atque

Gloria Messanensium

Quis verò in supradicta tabula, ut videre est, ea tantum Episto-  
la pars, quæ salutationem continet, apparet, ( reliqua enim in  
volumine latere supponitur ) idcirco totam, ut haberi possit ex  
Vetere Codice Græce exscriptam, inserta ad verbum latine ver-  
sione, hic apponemus in gratiam legentium, atq; ad maiorem  
rei comprobationem: ut appareat quam bene respondeant Græ-  
cis exemplaribus latina.

Virgo Maria Joachin filia humilis ancilla Dei Iesu Christi  
Ἡ Παρθένος Μάρια τοῦ Ἰακώβου θυγάτηρ, ἡ ταπεινὴ δούλη τοῦ Θεοῦ, τῆν Ἰησοῦ Χριστοῦ

Mater ex tribu Iudæ progenies David ijs qui sunt Messias salutem &  
Μήτηρ ἐκ φυλῆς Ἰουδα γεννηθεῖσα τῶν Δαβὶδ τοῖς ἔθουσιν ἐν Μессση σωτηρίαν καὶ

benedictionē Dei Omnipotentis.  
εὐλογίαν Θεοῦ παντοκράτορος.

Omnes vos in magna fide legatos & Nuntios per publicū testimoniū ad nos  
Πάντας ὑμᾶς ἐν μεγάλῃ πίστει πρέσβεις καὶ ἀγγέλους διὰ δημοσίας μαρτυρίας πρὸς ἡμᾶς

misisse manifestū filiū postq̄ Dei genitū Deum & hominē esse fatemini &  
πειθομένους δῆλον. Τὸν τῶν ἡμῶν τὸν θεογέννητον Θεὸν καὶ ἄνθρωπον εἶναι ὁμολογεῖτε, καὶ

in Coelū post suam resurrectionē ascendisse per predicationē Pauli electi  
εἰς οὐρανὸν μετὰ τὴν αὐτοῦ ἀναστάσιν ἀνελθεῖν διὰ τοῦ κηρύγματος Πάουλου τοῦ ἐκλεκτοῦ

viam veritatis agnoscentes: propterea vos & Ciuitatē ipsā benedicim⁹ cui⁹ per  
τὴν ὁδὸν τῆς ἀληθείας γινώσκοντες: διὸ ὑμᾶς καὶ τὴν πόλιν αὐτὴν ἐνλογώμεθα, ὥς αἰ-


petua protegit esse volumus ex Ierosolymis.  
διὸς προστάτις εἶναι βουλόμεθα, ἐξ Ἱεροσολύμων.

Atque

ΕΠΙΣΤΟΛΗ



*Effigies Sanctae MARIAE à Littera, ex vetustissima Tabula  
reperita Messanae in Aede Sancti Nicolai Graecorum.*



Digitized by Google

Atque ut appareat, quam mire consentiant Exemplaria græca cum latinis, ex quibus Constantinus Lascaris Virginalem Epistolam transtulit, frustrum eiusdem Epistolæ græcæ, ut est in supradicta tabula, subnecto cum interpretatione latina ad verbū.

Ἡ Παρθένος Μαρία, τοῦ Ἰωακίμ θυγάτηρ, ἡ ἁγία δούλη τοῦ Θεοῦ, τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ  
 μήτηρ ἐν φυλῆς Ἰούδα συγγένεια τοῦ Δαβὶδ, ταῖς δυνάμει ἐν Μωσῆν ἐπιτελεῖται, καὶ ἔργοι  
 αὐτῆς Θεοῦ παντοκράτορος.

Virgo Maria Ioachim Filia, humilis ancilla Dei, Iesu Christi Mater, ex tribu Iuda, Progenies David ijs, qui sunt Messanæ salutem, & benedictionem Dei Omnipotentis.

Vides amice lector, quantum hæc à veteribus desumpta Tabulis Ratio cum Traditione conveniat, & Traditioni firmitatis afferat. Sed de hac satis.

Postrema Ratio, & coniectatis, qua ostenditur satis probabile Dei Matrem ad Messanenses rescripsisse, colligi potest ab exemplo eius Epistolæ, quam ad Ignatium, & ipsa scripsit. scio eam ab aliquibus non admitti, scio etiam admitti à pluribus: hoc satis. eam calluisse scripturam non video quomodo possit negari, & Rupertus Abb. aperte fatetur non à ratione alienum id in templo didicisse. sed neque est cur dicamus, hoc in illa (quæ post ascensum Filij relicta fuit Magistra gentiū, & Spiritus Sancti Oraculum) otiosum fuisse. Dices cum Castro probabilius hac in re se præbuisse Filio non dissimilem, qui nullas scribitur scripsisse literas. Negant omnino, qui illas ad Abagarum Regem, ut Christi germanas admittūt. hi sunt Eusebius Cæsar., S. Ephrem, Theodorus Studites, S. August., & alij. nec ea tamen similitudo in Matre, & Filio necessaria, cum alia causa fuerit scribendi Virgini, non Filio. is non nisi ad Iudeos missus, illa etiam ad gentium salutem, & solatium diū in terris vivere permissa. Si hoc nobis, ut æquum est, conceditur; cur non eam ipsam esse Epistolam, Virginis, quam nos damus, concedatur? Dices illam multa in salutatione insolenti, & in clausula de anni, lunæ, indictionis, feriæque notis non de more veteri usurpari solitis suspectam reddunt: verum, si bene, & cum aliquo pio affectu res examinetur, quæ illam suspectam reddere possunt, illa eadem ab ea omnem falsi suspicionem amovere deberent: quis enim tantam rem ausus fuisset, qui non artificiosus, & ad palatum criticorum omni reiecta specie falsi eam composuisset. sed quàm leuia, quàm futilia sint,

Rupertus in  
 Luc. lib. 2.  
 & in cant.  
 lib. 1.

Euseb. caes.  
 lib. 1. hist. c.  
 13.

Ephrem. syr  
 in suo testa-  
 mento.  
 S. Aug. epi-  
 stol. 273.

sint, quæ opponuntur, in responsione ad obiecta videbimus. Rationi suffragatur Auctoritas, quæ duplex in causa nostra, humana, diuina; vtramque ordine prosequemur: venit ergo tertio loco consideranda.

*AUCTORITAS AB HOMINE SIVE AUCTORES,  
qui Traditionem nostram veram suadent.*

CAPVT XVII.

**N**ihil tunc antiquis Traditionibus Ecclesiarum fidem, auctoritatemque apud homines conciliat, quam Auctorum fide dignorum concors iudicium, & consensus: satis hoc verum, sed qui, qualesque Auctores pro nostra Traditione sint, nunc videamus: ad centum recensentur, nos paucos, eosque exteros, & pietate, doctrinaue conspicuos dabimus.

Primus Auctor, qui nostre Traditionis veritatem confirmat, est Flavius Lucius Dexter, de quo meminit Hieronymus lib. de Scriptor. Ecclesiast. qui suum Chronicon protulit a Christo nato vixque ad annum ccccxxxi. ad sua tempora. Porro quanti sit facienda hæc in re Dextri auctoritas, facile haberi potest siue ab antiquitate, siue ab eruditione Scriptoris, siue etiam à iudicio magnorum virorum, qui de Lucio Dextero scripserunt. vixit, scripsitque Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Orosiusque temporibus, hoc est, quando horum eruditio, & hæreticorum cauillatio non, nisi vera, certa, inconcussa scribere concedebant viro sapienti. Accedit, quod ea, quæ scripsit, Hieronymo primum, Orosio deinde inscripsit, quibus somnia non licebat vendere. quid? quod in eo opere cudento, totos quadraginta annos teste Francisco Biuarisio consumsit; neque vero minus temporis ad ea inquirenda, quæ scripsit, & ad examinanda, quæ inquisiuit, exigebatur; quare iure optimo potuit de se vir prudens polliceri Paulo Orosio, secutus de rerum, quas scripserat, soliditate; se scripsisse *si non cum laude, citra pudorem tamen*; ab hoc tanto, tamque laudato viro, & à Baronio summis votis expetitæ nostre Traditionis commendatio inter ceteros auctores primum locum obtinet. cuius illustre testimonium si quis nolit admittere, numquam tamen infirmabit nostram Traditionem, quæ non tam in Dextri auctoritate

fun-

S. Flavius  
Dexterus  
Chronol. ad  
ann. Christi  
85. c. 430  
Baronius ad  
an. 392.  
Hieronymus de  
Script. Eccl.  
Eccles. in l.  
Dextro.

fundatur, quam in re ipsa, quæque ab immemorabili tempore à Pietate custodita, & in posteros trasmitta, auctoritate humana, diuina, hoc est, plurium auctorum testimonio, & miraculis stabilita, & congestis rationibus firmata, vt lux diei crescit, disiectis contradictionum nubibus progressura ad vsq; perfectum diem.

Dextrum autem magnificimus, quia Scriptores magni nominis, & doctrinæ magni faciunt, inque grauis Ecclesiæ controuersijs, eius testimonio vtuntur.

Dexter igitur semel, atq; iterum Virginalis Epistolæ ad Messanenenses meminit, & quando eius memoria celebris apud homines erat; & quando eadem Epistola, quæ diu latuerat, reperta est. Et quidem ad an. lxxxvi. vt supra ex occasione retulimus, ita habet: *Apud Messanenenses celebris est memoria Beatæ Virginis Mariæ missa prius ab eadem dulci Epistola, rursus ad an. ccccxxx. hoc est, sua etate: hoc tempore in Tabulario Messanensi reperta est quedam Epistola hebraicè exarata à B. Virgine ad eosdem Ciues Messanenenses, & maximi ducitur.* hic mihi nonnulla à pio lectore velim aduerti. Primum ex eo, quod Dexter Messanenensium pietatem in Virgine ad an. Christi lxxxvi. hoc est, anno post Virginis discessum xxx, plus, minus, reponit, non solum nostræ Traditionis antiquitatè haberi; verum vna simul Messanenses erga Deiparam Religionè, quam nunc altè fixam in animis tenent, cum ipsa Fide ebibisse. Deinde cum Epistolæ Virginalis celeberrimam memoriam hoc precise anno lxxxvi. adsignet, non dubium, quin ille ex aliquo veteri monumento, vel ex certa Traditione acceperit. Tertio, tunc temporis tantæ rei memoriam, vt potè non vulgare Dei Matris beneficium erga Messanenenses, non apud Siculos modo, sed per exteras, longinquasq; nationes vulgatam, & in veneratione habitam. Demum, cum Dexter eam Epistolam dulcem appellat, profectò ad eius manus Epistolæ exemplar peruenisse putandum est. imò eam ipsam, quæ nunc circumfertur, fuisse admodum credibile fit, quippe quam, vt dulcedinis cœlestis tota plena est, ità ipse dulcem appellat. Quare valde allucinati sunt; qui à Lascare in tium fecisse nostram Traditionè insulse autumant, quæ impostura multis supra argumentis detecta, & deinceps detegitur. Interim aduerte in transitu pro veritate historiarum familiarum Lucio vocem, dulcem, appellanti Epistolam Virginis, quod idem habet, vbi de Epistolis Senecæ ad Paulum meminit ad an.

**LXIV.** *L. Aenaus Seneca Cordubensis Hispanus miſſis utroque, citroque ad S. Paulum literis de Chriſtiana Religione bene ſentis, dulciterq; ſcribit ad Paulum in Hiſpania commorantem. Verum, ne cui ſit ſcrupulus de huius chronici auctoritate, integritate, & fide, legat Ioannis Caldaronis proluſiones ad eundem Chronicon, Didacum de Murillo in lib. de fundat. Cappellæ Angelicæ, &c. Ferdinandum Salazarium lib. de Conceptione Virginis, Cornelium Cornelij in ſua Chronotaxi ad Acta Apoſtolorum, Gaſparem Sanctum fact. de precatione S. Iacobi in Hiſp. cap. 2. n. 5. Chriſtophorum à Caſtro in hiſt. Deiparæ cap. 18. nu. 6., & plerofq; alios recentiores, qui auidè amplectantur, quæ Dexter ſcribit. ſed omnium nouiſſimè, copioſeq; de huius Chronici integritate, & fide diſputat Franciſcus Biuarius homo hiſpanus, valdeq; eruditus in commentario in eundem Dextrum, vt nullus relinquatur dubitandi locus de alterius farinae mixtura, & hoc maxime, ſi à quo primo exemplari Biuarij exemplar fuerit exſcriptum, cum quibus collatum, à quibus viſis probatum inſpicias. Exſcripſit primum Thomas de l'orralba è Societate Ieſu vir omni eruditione conſpicuus ex pernetuſto codice Gothicis literis exarato, quem de manibus cuiſdam eius Vuormatiensis, cum Vuormatiæ eſſet, accepit; ille de Fuldenſi bibliotheca acceperat: extant ea de re P. Thomæ literæ ad Hieronymum de la Higuera eiufdem Societatis datæ Vuormatiæ anno Domini MDXGIV. Inde quàmplurima diſperſa per Hiſpaniam exemplaria, ſed non ſine mendis, quæ ad autographum emendauit Biuarius opera eiufdem Higuerae, & comprobatione ſapientiſſimorum virorum, vt ipſe profitetur. Qui omnes, vt codicis L. Dextri (qui Biuarij ſtudio in manibus eſt) non ſine examine fuere approbatores, ita noſtræ Traditionis adſtipulatores fuiſſe iure optimo dicendi ſunt. Vide porro quantam nubem teſtium pro nobis vno ſaſce damus?*

Sed, & hic diſſimulare non debet teſtimonium Reuerendi Patris Doctoris Sebaſtiani de Abreu Luſitani e noſtra etiam Societate, qui affirmat ſe ante triginta annos viſiſſe Eboræ, vbi tunc ille Vniuerſitatis Cancellarium agebat, chronicon L. Dextri antiquis deſcriptum characteribus, quod velim dictum contra illos, qui eius ſcripti auctoritatem, & veritatem gratis perſequentur, tamquam recentioris, & non Germani Lucij Dextri. Item ſiquis Hieronymi Higuerae eruditionem, integritatem, ſidè nolle cupit

eupit, legat Gab. Vasquez in 3. p. D. Th. à quæst. 20. disp. 80. cap. 12., & Philippum Alegambe in scriptoribus Societatis Iesu, ut ex tot, tantorumq; virorum auctoritate facile sit intelligere, nõ esse adeò aspernamdam codicis Dextri auctoritatem, qui tot, tantosq; habet sui scripti approbatores.

Post L. Dextrum longo interuallo sequitur Constantinus Lascaris vir græcè, latinèq; doctus, & veterum memoriarum diligens inquisitor, qui sæculo decimo quarto floruit. is de græco exemplari, (nam de hebraico, quod Dextri ætate repertum est, inter tot Siciliæ motus, sacrorumq; monumentorum funera, & clades, quid factum sit, penitus ignoratur) in latinum transtulit Epistolam B. Virginis, ut toties dictum est.

*Constât. Lascaris.*

Lascari adnecto eum, qui tacito sui ipsius, publico tamen, ut videtur, nomine Traditionis Ecclesiæ Messanensis seriem in præfatione ad ipsam Virginalem Epistolam præmisit, & de Lascaris de Græco in Latinum versione fidem facit publicam. Virum eruditum appellat Martinus Nauarrus infra citandus: ego magnæ auctoritatis existimo, quippe auctoritate publicâ id facit; ex quo etiam deprehenditur, nec facile Messanenses à Lascare falli, nec Lascarem Messanenses fallere potuisse; quando, & cum viro Sapiente, & valde Religioso, ut erat Lascaris; & totius Senatus, populiq; Messanensis auctoritate res tanti momenti, aduersariorumq; calumnijs obnoxia transigenda erat.

*Incerti testimonium de Epist. Virg.*

Sequitur Mutius Iustinopolitanus, qui eruditione clarus, & ob eruditionem magnis viris carus; is & Traditionem, & Epistolam Virginis refert ex antiquis Urbis Messanæ Archiujs, & authenticis tabulis desumptas; Mutium, & Lascarem secuti Recentiores, sed hi qui? oppido docti, & pij, quorum maxima pars è nostra Societate, Germani, Hispani, Itali, nam Siculos scriptores non est animus referre, ne nostra nos vendere videamur, cum satis externis abundemus.

*Lib. 1. hist. Sacra c. 13*

E Germanis Doctor Petrus Canisius magni nominis, auctoritatisq;, de cuius doctrina, & pietate illud præclarum elogium per Germaniam suo tempore iactabatur, minus hæreticorum Carolum V. tot prælijs pro Fide susceptis deleuisse, quàm Petrus Stylo, disputationibusq; ad Fidem Catholicam conuertisset. Canisius ergo lib. 5. de Beata Virgine cap. 1. non aliunde probat illam scriptis Fidelium vtilitati cõsuluisse, quàm ab eius, quæ circumferuntur

*Petr. Canisius de B. Virg. lib. 5. c. 1.*

*Ex Petr. Opnero in Chron. ad an. 1560.*

runtur, Epistolis ad Ignatium, & ad Messanenſes. Atque deca, quæ est ad Messanenſes, ita habet. Tum apud Siculos extat insignis Reſpubl. Meſſanenſium, quæ aliam Epistolam ab eadem Virgine Matre miſſam prædicat; atque, ut audio, reuerenter in ſcrinijs ſuis aſſeruat. Hæc ego velut Mariana Charitatis Symbola dixerim, quibus talem, tantamq; Matrem de multorum etiam abſentium, longeq; diſſitorum ſalute non parum ſolicitam fuiſſe, res ipſa confirmat.

Ioannes Bonif. lib. 1. hiſtor. virgin. cap. 18.

Ioannes Bonifacius fide, & auctoritate Caniſio proximus, eiufdẽq; ordinis in hiſt. Virginali lib. 1. cap. xvij. vbi de actuoſa Deiparæ vita poſt Filij aſcenſum in Cœlum, ſic de noſtra Traditione ſtatuit. fieri etiam fortæſſe potuit, ut hoc ipſo tempore literas illas ad Ciuitates Florentiam, Meſſanamq; dederit, quas ipſe iactant, & à Virgine ſe habere gloriantur. quod mihi pro certa Beatiffima Matris facilitate, & humanitate non magnopere videtur mirandum. ſi n. Florentini, & Meſſanenſes ſuam utraq; Reſpub. ad B. Virginem Epistolam miſerunt (fides ſit penes hiſtoricos, quorum eſt, Religionis in utraq; que Vrbe indagare veſtigia) non eſt dubium, quin Virgo reſcripſerit, & ambas Ciuitates Cœleſti, qui Virginis mos erat, conſolatione repleuerit. Vide amice lector, ut piè, ut cautè loquitur Bonifacius veritatis, pietatiſq; ſtudioſus; & ſi quod illi dubium, de tempore eſt, quod valdè dubium, non de ipſa Virginali Epistola.

Melchior Incofer in

Cæterum tam temporis, quàm veritatis indagandæ ſtudioſum ſuſcepere plurimi, inter quos Melchior Incofer Vienna-Auſtriacus eiufdem Societatis Theologus omni eruditione ſuſpiciendus, & ab omni partium ſuſpicionem alienus, qui in eam rem molitus eſt opus ſpiſſum, & variè eruditum, quod magnam erga Dei Matrem pietatem oſtendit; in eo videas, quàm ſolidè in re graui pedem figit, quàm ingenioſè, acutèq; laborat, ſiue in tuenda Traditionis antiquitate, ſiue in veſtigandis temporibus, quibus ire in Siciliam Paulò licuerit; ſiue in ſoluendis, quæ in contrarium obijci poſſunt, difficultatibus. In Incoferi ſententiam pedibus it Georgius Gualterius in ſuis antiquis Siciliæ tabulis.

Georg. Gualter. in Sicil. tab. fol.

Ioan. Bourghes. de bono ſodal. lib. 2. cap. 15.

Cui adtexo Ioannem Bourghesium, & ipſum eiufdem gentis, & ordinis ſcriptorem valdè piũ, qui lib. 2. cap. 15. de bono ſodalitij B. Virginis, vbi de charitate Virginis tam ad præſentes, quàm ad abſentes, proximorum, inquit, Chriſto Filio iucrificandorũ, nullam unquam prætermiſit occaſionem; ſuſcepta n. cum Ioanne in Græciam, Epheſum uſq; peregrinatione, datis ad complures Epistolis:

Hos

Hos sequitur Paulus Serlogus natione Ibernus in suis commentarijs in cantica to. 2. vestigat. 2. sect. 1. nu. 55. qui approbat, quod scribit Encofer de Epistola Virg. ad Messanenenses, qui legatione ad eandem missa litteris responsivis consalutari meruerunt, & de eiusmodi ad Virginem peregrinationibus non sine muneribus fieri solitis ab ethnicis ad fidem conuersis intelligit cum D. Augustino illud ps. 44. *Et filie Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur, omnes diuites plebis*, qui sub illo christianitatis initio patria, laribusque ad tempus destitutis cum pijs oblationibus Ierosolymā, locaq; , in quibus Virgo intemerata frequentius agere solebat, petebant, eius salutandæ ergo; hæc Serlogus in confirmationem Traditionis nostræ, tum loc. sup. cit. tum etiam to. 3. vestigat. 37. nu. 21.

Serlogo adde Laurentium Chryfologum Dalmatam, & hunc è Soc. Iesu, qui in suo Mundo Mariano par. 1. dist. 21. plura congerit ad ostēdendum quanta bona euenerint Vrbi Messanzæ ex benedictione, & protectione promissa à Virgine per Epistolam, & à quantis calamitatibus illam eripuerit.

Ex Hispanis, præter Ioannem Carthagenam Franciscanum in suis homel. js de B. Virgine; præterq; Franciscum Arias è Societate Iesu in lib. de imitat. Virg. scriptores ob eorum pietatem, & doctrinam satis notos, quiq; de Epistolis Deiparæ ad Ignatium, ad Messanenenses, ad Florentinos, cum Canisio sentiunt, & Traditioni dant manus; præter hos, inquam, Alphonsi Villegas celebris viri testimonium non obscurum, & multiplex, quia à multorum iudicio profectum, referre placuit. Is Mutij Iustinopolitani, quem valdè commendat, auctoritati non prius sibi putauit acquiescendum, nisi re cum doctissimis viris communicata, sic demùm statuit: Deiparæ Epistolas ad Ignatium, & Messanenenses, vt Virginis Germanas, esse recipiendas, eius verba in lib. de vita Virg. cap. xx. Hispanicè loquentes habes. *To pusé en este libro por parecer de personas grauis estas dos cartas de la Virgen, y con el mismo dexè deponer en el primero, lo que se dize, que escriuio el Rey Abagaro à Christo, y la respuesta de Christo al Rey, porque las unas estandadas por apocripbas en el canon del Papa Gelasio, y no las otras: hæc Alphonsus, & cum eo docti viri ab eo consulti, qui ex eo quod Gelasius non reprobat Epistolas Virginis ad S. Ignatium, & ad Messanenenses, nec proscribit cum alijs dubiæ fidei scriptis in suo*

*Ioann. Carthag. lib. 14 de B. V. ho. 1. tom. 3. Francisc. Arias lib. de imit. Virg. c. 30. Alphonsus Villegas in vita virg. c. 20.*

cano-

canone, approbare exiſtimant, atque vt rem non ignotam, Gelſij tempore ſupponunt.

Mart. Nauar. tract. de Orat. et hor. cap. 21. nu. 28.

Martinum Nauarrum addo ſatis à doctrina, & pietate notum, qui in quodam tractatu ad comprobendam veterem erga Dei Matrem venerationem, & cultum apud omnes ferè gentes, Gallos, Indos, etiam ipſa viuente, Teſtimonium de Traditione Meſſanenſis Eccleſiæ non putauit prætereundum, *quin, inquit ille, etiam mihi nunc hæc prælo ſubijcienſi allatum eſt cuiuſdam Eruditi teſtimonium, quo affirmat Conſtantinum Laſcarem vtrum eruditione præſtantem tranſtuliffe è Græco in Latinum Epistolam quamdam breuem, iam ab alio ante ex Hæbreæ factam Græcam, qua ipſa Virgo Mater amantiſſimè in ſuam proteccionem ſuſcepit Ciuitatem Meſſanã, quæ à B. Paulo edocta, ipſam adhuc viuentem per ſuos legatos reuerenſer viſitauerat, hætenus ille: non mitto recentem ſcriptorem, Hiſpanum Thomam Tamaium ob eruditionem cum antiquis comparandum, qui in deſenſione ad L. Dextrum tum Meſſanenſis Eccleſiæ Traditionis, tum ipſius Epistolæ Virginalis veritatè piè, ſapienterq; tuetur.*

Thomas Tamaius in deſenſ. ad L. Dextrum.

Fræc. Suar. in 3. part. diſp. 20. ſec. 1. to. 2.

Neq; ab hac claſſe excludo Sapientiſſimum Virum Franciſcū Suarium, qui in coment. ad D. Th. p. 3. diſput. 20. ſect. 1. to. 2. Epistolæ Virginis, de quibus fama fertur, improbare non audeo homo ad pietatem, & doctrinam factus, quin addit, & verè, & ſapienter: ſi Eccleſiæ conſtaret illas eſſe Virginis, dubio procut iater Canonicas Scripturas fuiſſe reponendas. proinde vide lector, quanta in ſpe ſunt, quicumq; de Virgineis Epistolis gloriantur, quando in dies de earum auctoritate, & probabilitate tot, tantaq; ſuppent argumenta.

Franc. Biuari. in notis ad Dex. an. 80.

Sequitur Franciſcus Biuarius, & ipſe Hiſpanus, magnæq; ac reconditæ doctrine vir, qui, vt ſupra diximus, L. Dextri chronicon ad fidem Autographi emendatum dedit, & erudito illuſtratum commentario. Is ergo in notis ad an. Lxxxvii. vbi de Virginis Epistola ad Meſſanenſes data, *nihil, inquit, apud Illuſtriſſimam Urbis Ciues venerabilius; nihil Traditione chriſtiana æque receptius; quam prædeceſſores ſuos ab ipſa beatiffima Genitrice adhuc in humanis agente, literas accepiffe; quandoquidem in memoriam tanti beneficij Eccleſia Metropolitana nuncupata eſt (Madonna del Lettrio) hoc eſt (della Lettera) ſeu, della Epistola, quæ illic aſſeruari dicitur reuerenſer: De ea ſic Petrus Caniſius: apud Siculos extat in ſignis Reſpub. Meſſanen.*

*Sanctissimum, &c.* Recipit quoq; eam, ut alios taceam, P. Franciscus Arias pictato, & doctrina insignis, de ea iterum agit Dexter ad ann. ccccxxx. quo iterum in scrinijs reperta fuit. Reperi eam hispanis loquentem in bibliotheca insignis nostri Cœnobij de Spina, quam placuit hic ad verbum referre: Maria filia de Ioachim, &c. Quod autem addit Bivarus ex Canisio Virginalem Epistolam etiam num adseruari apud Messanenses. loquitur de communi Ciuium sensu, qui magna in spe sunt illam inueniendi alicubi delitescentem, ut accidit anno Christi ccccxxx. ex L. Dextro; verum id, quando Deo, Virginiq; placuerit.

Italis plurimi sunt, qui consensu vnanimi cum Canisio, Muriq; sentiunt: Petrus Antonius Spinellus è Societate Iesu lib. de Virg. cap. 59; Ferreolus Locrius in Maria Augusta, Christophorus Veruchinus in suis meditationibus, Felix Astulphus in vita Virg., Ioannes Maria Tarsia in Monarchia Virginis, Ioannes Baptista Laurus in suo anulo pronubo, & apud illum Iulianus Castaneacius, qui tamen vitiosa admodum videtur vsus exemplari, Augustinus Galea in suis de B. V. discursibus fol. 454. Franciscus Fasianus lib. de reformatione hominis christiani, qui aliquot miracula recenset ad illam firmandam; Ioannes Baptista Barrioli in lib. horti deliciarum deuoti Christiani part. 3. in fine, vbi pie contemplatur Messanensium ad Virginem legationem, & Virginis ad legatos responsum, quod & fecit nuper non minori pietate, ac eloquentia, sed tacito nomine Ioannes Baptista Appianus Taurinentis è Soc. Iesu libello, cui titulus. *Viaggio degli Ambasciadori della Città di Messina à Maria Vergine.* Item Octavius Cloritus in libro defensionum pro Messanensium iuribus; Rutilius Benzonius Episcopus Lauretanus, qui ex traditione Epistolarum Deiparæ, eam aliquid scriptis mandasse planissime colligit; Ioannes Baptista Nouatus de Eminentia Virg. to. 2. cap. 1. quæst. 25., & Hippolitus Marraccius in lib., cui titulus: *Apostoli Mariani in Apostolo Paulo. c. 3* qui duo auctores, & religione, & eruditione conspicui non modo Messanensis Ecclesie Traditionem de Epistola Virginea referunt, & adductis rationibus approbant, sed & argumentis in contrarium respondent. His adde Maximilianum Sandæum, Theophilumq; Raynaudum, viros à Sacra, humanaq; eruditione satis cognitos è Soc. Iesu, qui in suis scriptis de hac nostra Traditione pie, religioseque scrip-

*Petr. Ant. Spinell. lib. de Virg. c. 19.*  
*Locrius lib. 5. c. 37.*  
*Veruchinus medit. 77.*  
*Tarsia in B. ne lib. de Monarchia V.*  
*Astulph. in vita V. circa init.*  
*Laurus in anulo pronubo.*  
*Castaneaci apud Lauri Fasianus li. 1. p. 2. c. 23.*  
*Octau. Cloritus in defens.*  
*Rutil. Benzoni. in cat. Virg. lib. 1. c. 11.*

Odeſcal. in  
inſtit. diſc. 8

Ludovicus  
Maſel. lib. 6  
vita Vir. c.  
18.

ſcripſere, ille in Maria Patrona orat. 3. & alibi, hic in Nomenclatore Mariano aucto: hoc ipſum & Honoratus Niquett Gallus præſtat in erudito opere de Imaginibus Deiparæ, Virg. & Hieronymus Petruccius elegantiffimo, ac numeroſiffimo carmine celebrat, vterq; e Societate Ieſu, Sunt & plures alij, ex quibus duos ſeligo, Petrum Georgium Odeſcalum Episcopum Vigeuanenſem, & Laurentium Maſellum e Societate Ieſu, quorum verba, quia valdè commendant noſtram Traditionem, prætere non poſſum: gerebat, inquit Petrus Georgius, *B. Virgo curam ſpecialium Eccleſiarum, quibus vtiliffima, & Sanctiſſima dabat præcepta; teſtimonio ſint eius Epiftolæ, quæ adhuc adſeruari exiſtimantur, ad Eccleſias Florentinam, & Meſſanenſem; quæ illam oſtendunt, neſcio an dicam, Matrem totam amantem, an Magiſtram de earum ſalute totam ſolicitam: & Maſelus ſic videtur rem omnem ſtatuerè. nola eſſe huius traditionis iudex: totum id, quod ædificat, Charitatem auget, Pietatem excitat, non debet à Viro Sapiente, et Pio repudiari: mitto hic referre plurimos, eoſq; Principes Orbis Eccleſiaſtes, qui quot annis e ſuggeſtu, pro Pietate, & Veritate facere ſe putant, dum omnibus eloquentiæ neruis hanc ſacrâ Epiftolam examinare, confirmare, tueri ſatagunt. Verùm quid Maximilianus Sandæus de Meſſanenſium Traditione, quid de noſtra hac tractatione, obiectorumq; ſolutione omnibus in vtramq; partem momentis rationum bene perpenniſis ſtatuerit, non erit ingratum audire, nec extra chorum ſaltare. Sic ille ſincere, & candidè: quamuis ſemper eorum opinioni acceſſerim, qui de Epiftola Deiparæ ad Meſſanenſis ſcripta, pro ut ipſorum habet Traditio, perhonorifice ſentiunt, ac loquuntur, ut ſatis conſtat ex varijs meis de B. V. Opusculis, tamen occurrebant nonnumquam aliqua, quibus vellicabar, & non nihil alio diſtrabebat, at poſt quam legi duos illos libros, Gloria Meſſanenſium, inſcriptos, quorum altero Eccleſiæ Meſſanenſis Traditio ſtatuitur, altero obiectis reſpondetur, & designatur tempus, quo veniſſe Apoſtolum Paulum primùm Meſſanam probabiliſſimè aſſeritur, apud me omnis dubitationis nebula euanuit. Et in eam veni opinionem, vel nullam vllius Eccleſiæ priuata probandam eſſe Traditionem (quod temerarium eſſet aſſerere) vel Meſſanenſium de Epiftola Deiparæ nullo modo poſſe reiſci. Itaq; mihi Romæ degenti in omnibus ſatisfactum, tum ſcripto, tum viva auctoris voce, ut quid deſiderari poſſit, ego ſanè non videam, &c. & Theophilus Raynaudus ex eo capite, hanc noſtram*

nostram ~~liber~~at onem commendat, quod *Traditionem Messanenſium* pro qua ſtatigit adeo congrue, & verosimiliter stabilis, ut docillè regem rem conficiat.

His addo libenter Ioannem Baptistam Lezanam, e Sacra Religione Carmelitana hominem hispanum satis doctrina, librisque eruditissimis editis illustrem, ac Romæ in almo Sapientiz Gymnasio publicum Professore, qui rogatus, ut pro sua eruditione, & integritate censorem huius tractationis ageret, ita rescripsit. *Peculiari gustu, delectatione, & attentione perlegi hoc opus in defensionem veteris Traditionis, quæ Messana habetur Sanctissimam Virginem scripsisse Epistolam ad illam Urbem, & mihi videtur iuxta materiae capacitatem sufficienter probari intentum, adeo ut, qui ausit contradicere, nimis superciliosus, & obstinatus videri possit. Ego quidem iam multo antea in eadem eraxi sententia; verum, ut perspexi solida eius fundamenta, ita sum in ea confirmatus, ut in posterum primus ero eius defensor quocumq; se se offerat occasio, quod, & iam exequor in meo secundo tomo Annalium, &c. Hæc satis pro re presenti. Discant ab exteris Siculi nostri de re tam pia, pie sentire; & tantisper priuatas similitates ponere, dum de Virginis honore agitur; imitati Serpentes, cum ad puros fontes eunt, qui vena seponere feruntur. Et ad se dicta existiment, quæ olim Augustinus ad Iulianum, quod hi inuenerunt in Ecclesia tenuerunt; quod didicerunt, docuerunt; quod à Patribus acceperunt, hoc filijs tradiderunt; non dum vobiscum apud istos Iudices agebamus, & apud eos acta est causa nostra.*

S. Aug. lib.  
2. cont. Iulianum.

Non dubito præter citatos Scriptores, plerosque alios, qui scripturi sint pro nostra Traditione, futuros: maximè, si post vehementes coniecturas, rationes, auctorumque testimonia, inclinantes in Pietatem Romanos Pontifices, fouentesque nostram Traditionem aduerterint, qui de solempni huius memorie celebritate facti certiores eam non modo permisere, sed etiam piaacularibus indulgentijs facellum Sanctæ Mariæ de Litera eius festo die cumularunt, ut videri potest. tandemque SS. Rituû Cōgregatio Missam, & Officiû pro eodẽ festo statuit.

Paul. V. in  
Bull. dat. L  
ann. 1616.  
25. Ianuar.  
Urb. VIII.  
ann. 1644.  
17. Mart.

Haud profecto opinor Messanenſium postulatis, ac religioni acquiescent Summi Pontifices, ac doctissimi, & Eminentissimi Cardinales, si eorum traditionem non admodum piam, nec satis verosimilem existimassent, quin, nec dubitauerim, eos paucos,

M

qui

qui in contrariam hactenus inere sententiam pro affectu in pietatem, & reverentia erga Romanam Ecclesiam nobiscum si nobiscum viverent consensuros fuisse. quanti autem facienda sit eiusmodi ecclesiae permissio seu tolerantia legendus S. Th. 3. p. quæst. 27. ar. 3. ad 3.

Scriptores patrios, qui pro nostra traditione scripsere volent, libensq; prætermittit; sum quia in manu sunt; tam quia in veritate vestiganda non tam ab affectu, quam ab incorrupto iudicio testimonium quarimus: nec scriptorum copiam, sed auctoritatem omni fide dignam damus pio, prudentiq; lectori. Vnum tamen non possum præterire, is est Doctor Iacobus Charybdius à Societate Iesu, vir eruditione, prudentiaq; insignis, qui sequens monitum. lectori tamquam amuletum contra aduersariorum venena, ante ipsam Traditionem Messanensis Ecclesiae, Virginalemq; Epistolam præfigendam Italice parabat, ergo veluti meæ disputationis breuiarium attexo, sic ille. *Origine piùssima, e' maximè singularis protectionis B. Virginis erga Messanenses, e' cuius nomine Urbes nostræ ottimo iure intitolate. Urbes gloriosissime eminate, ea fuit, accipisse à Santissima Madre ad huc in terris superstite. Epistola responsivam occasione alterius Epistola a se ad illam scripta cum speciali sue protectionis promisso. Huius Epistole tanquam rei vulgatissime, carissimeq; indimera cum laude graues Scriptores e Societate Iesu Petrus Ganisius, Franciscus Arias, Ioannes Bonifacius, Petrus Antonius Spinellus, Laurentius Massellus, e' alij complures post Constantinum Lascarem, e' Mutium Iustinopolitanum; Si quis vero eam impugnat, potius, si res bene examinetur, impugnat vel tempus data Epistola, vel aliquam aliam extrinsecam circumstantiam; eamq; non magis momenti, que facile fuit variari temporum decursu, siue ab eo qui eam transtulerit de greco in latinam, siue ab eo, qui eam transcripserit. satis nobis si substantia Traditionis, e' Epistole constet, congruatque tum Virginis charitati, tum veritati: si quis autem eam apocrypham decat, quod à Scriptura Canonica certitudinem nullam habeat, non est cur doleamus; habent hoc plerq; alie traditiones. satis si pietati congruat, sacra Scriptura non repugnet. Si quis contendat eam esse minus certam, aut dubie fidei, primum opponimus constantem, e' ab inmemorabili tempore Ecclesie Messanensis traditionem, cuius auctoritatem si sanet reijcias, multas alias priuatas, piassq; memorias reijci quoque necessarium fuerit, que in sola traditione nituntur ingenti*

cum

cum iactura nostræ Religionis. traditio siquidem est earum rerum, quæ post deuoluta secula uitam, vegetamq; seruant veritatum antiquarum memoriam, quemadmodum edocuit Sanctus Moyses in suo cantico, (memento, inquit, dierum antiquorum, cogita generationes singulas, interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi) & Apostolus Paulus (itaque fratres scite, & tenete traditiones, quas didicistis siue per sermonem, siue per Epistolam nostram) deinde damus Scriptores numero, & auctoritate nos contemendos, qui eam Epistolam, traditionemq; ut valde piam, probabilemque, recipiunt. Damus Illustria Mariana protectionis per Epistolam promissa, argumenta, quæ nullo non tempore Messana Vrbs. in magnis pestilentia, belli, famisq; periculis, experta; damus certa miracula, quæ fidem faciunt indubitatam veritati traditionis; legendus Abbas Franciscus Mauraly-cus lib. iu. hist. Sicanica non longè ab initio, Octavianus Preconius Archiepiscopus Panormitanus in officio Sanctæ Mariæ de Scalis. Ioseph Bensilius, alijq; qui de hac Deiparæ protectione erga Messanen-sis insignita scripsere miracula, ut re vera, quod per dulcissimam Episto-lam sponondis illis verbis (ob quod vos, & ipsam Ciuitatem benedici-mus, cuius perpetuam protectricem nos esse volumus) abundè satis præ-stiterit. cum igitur huius celestis Epistolæ exemplur undiq; expeti vi-deam, operæ pretium me putauit facturum, si pius lectorem paucis præ-monerem, præmuniremque contra eos, qui querunt in scripo modum est, & aliud quod te nescire nolim; eam scilicet prefationem, quæ hacten-us sub Constantini Lascaris nomine Epistolæ Virginali præfixa lege-batur; falsò adscribi Lascari. est enim series traditionis Ecclesiæ Mes-sanen-sis publico consignata testimonio viri publici, fideq; digni de trans-latione de græco in latinum facta à Lascare fidem facientis. por-rò Lascaris auctoritas, Eruditio, Pietas, nulli non cogni-ta, qui eius monumenta perlegerit. Vale. Hæc ille,  
 de patria traditione absque affectu patrio,  
 sed age iam hominum testimonio  
 aliud maius addamus ab ip-sa Virgine, & à Deo  
 hoc est.

**AUTORITAS AB COELO SIVE EPISTOLA**  
*Virginalis ad Messanenses miraculis*  
*comprobata.*

**C A P V T X V I I I .**

**P**recelsa admodum sunt, eaq; quamplurima, quæ nullo non tempore præstitit, præstatq; Deus Opt. Deiq; Materæ Coelo testimonia in huius Sacrae Epistolæ confirmationem, quæ quidem viris pijs, & doctis credibilia facta sunt nimis. Etenim, quam femel Sancta Mater suam erga Messanenses obstrinxit fidem, perpetuamq; Urbis promisit protectionem illis amantissimis Epistolæ verbis. *ob quod vos, & ipsam Civitatem benedicimus, cuius perpetuam proteccionem nos esse volumus,* eam perpetuò, contentiq; miraculo, ubi se tunc occasio, firmam, ratamq; servavit. Repete Urbis annales sine belli, sine famis, aut pestilentia, aliarumq; impendentium claudium tempore, videbis in præsentipericulo præsentissimam Patronæ Virginis opem, ut de veritate Epistolæ non sit fas addubitare, quando de præmissæ per Epistolam protectionis veritate aperta satis sunt certitudinis argumenta. Præterea quotidiana sunt ea miracula, quæ virtute huius Epistolæ, perq; eius exemplaria videmus à Deo patrari publico animorū, corporumq; bono, quæ ex certo Theologorum effatu nõ nisi in veri contestationem impertit Deus. quid enim minus patet calumpniæ, aut suspicionem admittit fallitatis, quam diuini per aperta miracula testimonium? per eam expulsi Demones, Demonumq; præstigia, morbi tam corporis, quam animi fugati; sedatae maris, coeliq; tempestates; mortis pericula evitata, aucta demum in indigenis, in alienigenis per hanc epistolam. Deiparæ pietas, & observantis, quæ omnia solent esse certa cõquisitæ veritatis vestigia; ea si ordine recenseri velint, iustum volumen expleant, ut videratst, ex ijs, quæ ad Sacram rituum Congregationem rite examinata, & testibus fide dignis comprobata transmissa sunt, & Benedictus Salugo Deiparæ Virginis à Litera studiosissimus congeffit, tum a j posteritati in suis libris mandarunt. Nos hic vnum de multis, quia pro multis esse potest, afferemus, & quod admodum recens, & quod à pluribus circumstan-

tis

rijs illustre sit, & quod videtur convincere hanc ipsam fuisse Epistolam, quæ ad Messanenses à B. Virgine scripta traditur.

Erat Messanæ anno trigesimo primo supra millesimum sexcentissimum in cœnobio Virginum B. Barbaræ dicato monialis adolescentula, vix septemdecim annos nata, Theresia nomine, candidis moribus, virtute singulari, sed Deo sic permittente ad suamq; Matris gloriam, vt euentus ostendit, à malo dæmone ipso religionis ingressu inuasa. Dæmon se Merarim nomine, & Occidentis Principem, ibiq; tota cum legione suorum habitare iactabat. Inuasionis aperuissima erant argumenta; nam puella, non nisi materni sermonis genæ, quæ latine dicebantur optime intelligebat, loquebanturque sepe hispanicè, & turcicè; & quod euidentius signum fuit, quæ longè, secretoq; in loco fiebant; & non nisi doctore Dæmone scire posse videbatur, palam, vt erant, referebat. Vix credi potest, quàm malis, mirisq; modis puellam, fœde exagitaret. Dæmon, supra modum colla tumebant, vt dirumpi, ac profocari videretur: in stomacho presertim, & capite acutissimis torquebatur doloribus: tota inter us igni se assuare clamabat: ipsos Dæmones ut ueniatim in inquam formibus, redire, per totum corpus sentiebat: & quicq; vultu imbecillis, tenuisq; victus antea fuisset, tantum postea cibum: commestione sumebat, quantum ne quidem septem feminæ possent; nec à multis contineri, quin se se bacillâ iactaret furibunda.

Non semel ad sacros Ecclesiæ exornitines deuentura, sed nullo fructu factum indignum, commiseratur eius Patrus (erat in nostræ Societatis Sacerdos vir non vulgaris virtutis) hic accepta à Superioribus facultate, multa oratione, ieiunijs, alijsq; spiritualibus armis instructus; Dæmonem aggreditur. post multa coactus sacris verbis respondit Dæmon, se inde cum suis egressurum, rogatus de die, rem differebat in proximum festum Corporis Christi. instabat tunc dies iij. Iunij, qui Messanæ sacer est, & solemnus ob memoriam Epistolæ Deiparæ ad Messanenses scriptæ; cui in diem iubet Sacerdos discessum decerni, idque ad Sanctæ Matris honorem, eiusq; Epistolæ certitudinis contestationem; vt quando inquit, nunc temporis apud Sacram Cardinalium Congregationem non sine aliquorum oppugnatione causa agitur, ad eam de tanto miraculo tamquam de diuino testimonio possit referri; addiditq; (caelesti, vt pie credendum afflatus instinctu)

ſtinctū) ſi verè ea Virginis Epiftola non eſſet, ne inde exiret; nec dæmon abnuit. Iubentur moniales quæ votis conceptis, quæ pijs ſupplicationibus ſe in illum diem ad ſacram Synaxim comparare. Adeſt dies toti Vrbi feſtius; Sacerdos poſt triduanum ieiunium, aliaq; pia exercitia in templo maiore ad Altare Virginis, quæ vulgò de litera dicitur, rem ſacram facit, commendat Virgini cauſam ſuam, & Verbis totius: Inde totus in Virginis laudes recitandas occupatus neminem in via ſalutans, ad diuæ Barbaræ ſe confert; fit in ædem concurſus; aduocatur Ænergumena; imponitur ſuper puellæ caput exemplar Virginalis Epiftolæ, illa ſe ſe intorquere, refugereque quod eam ferro non valeret: inſtat Sacerdos, vt eam tanquam Dei Matris pignus adoret; obtemperat Dæmon, ſed tremebundus. iubet ruruſum, vt palam edicat, an verè fuerit ea Epiftola à Virginis manu? reſpondit quater, omnibus audientibus eſt, eſt, eſt, eſt. (ſolet quandoq; Deus ab ipſo mendacii Parente in veritatis confirmationem veritatem extorquere; quod à ſanctis viris non ſemel factum ſcimus) tum Sacerdos: ergo, quando ita res habet, vt nos omnes, & credimus, & factumur; ad pleniorẽ rei firmitatem iubeo, vt hoc ipſo die Deipatæ Virginis Epiftolæ dicatõ hinc non reuerſurus abſcedas, ea tamen, vt edixi conditione, ſi ea Virginis eſt. pupugit facile ea conditio nonnullorum animos; ſed vt idem ipſe mihi ſacerdos deinde cum iuramento rem ordine narrans retulit, ſe ad id inſolito raptum impetu affirmabat, vt nihil apud ſe dubitationis eſſet. dein ſacra Epiftolæ verba, dum præit legendo, ad ſingula Dæmon magnos edebat eiulatus; nec deſtitit, quin, vt ſponponderat; iterũ ſe egreſſum ſponderet. egreſſus ſignum à Dæmone poſtulat; ille ſe mortuam puellam relicturum reſpondet, vel ſaltem per aliquot horarum ſpatium. negat omninõ Sacerdos; tantum permittit, vt dum quinquies Angelica cantatur ſalutatio, ſemianimẽ illam dimitteret; tum certum Eccleſiæ lumen, quod erat eminẽtiore in loco alijs intactis, extingueret. affertur Sanctiſſimum Chriſti Corpus, quo præſente compellitur ruruſum Dæmon, vt iuramento ad omnia, quæ promiſerat, ſe pariturum reciperet; recepit. dictum, factum: dum Angelica inchoatur ſalutatio, ſenſibus deſtituta procumbit puella, abſolutaque ſtata prece redit ad ſe ſe; lumen deſignatum extinctum, collucentibus alijs apparet; illa Sacræ Epiftolæ vim venerabunda agnoſcit, gratias Dei matri agit.

agit. Atq; vt de miraculi certitudine constaret euidentius (quando Dei perfecta sunt opera) statim nullo relicto morbi, dolorumq; vestigio pristinae sanitati restituta est, hodieque viuit, valetq;. In signum lætitiæ campanæ pulsantur. ea res vbi diuulgari cæpit Vrbem totam ingenti cumulauit lætitia, festumq; diem reddidit celebriorem, ad Dei, Deiq; parentis gloriam, eiusque Sacrę Epistolę probationem.

Hęc omnia ritè ab Archiepiscopi Messanensis Vicariõ in publicas tabulas fuere relata, & ad Sacram Congregationem Romanam transmissa. ego vt ab alijs, & ab ipsomet Sacerdote

Sacramento sancte interposito, iterumque præsentibus

multis Societatis nostrę Patribus repetito

accepi ad futuram rei memoriam fideliter

exscripsi. sed hætenus de auctoritate

ab Cœlo. Restat, vt obiectionum

momenta expendamus,

& diluamus.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page. The text is scattered and difficult to decipher.

**LIBER SECVNDVS**  
**DE EPISTOLA DEIPARAE**  
**VIRGINIS.**

**AD MESSANENSES.**

**IN QVO OBJECTIS ADVERSARIORVM**

*Respondetur.*



**N**

**BRE.**

THE UNIVERSITY OF CHICAGO  
DEPARTMENT OF CHEMISTRY


# ANIONIC POLYMERIZATION

A. D. LEE AND R. H. HARRIS

IN THE DEPARTMENT OF CHEMISTRY

UNIVERSITY OF CHICAGO

CHICAGO, ILLINOIS  
1954



# BREVIARIUM EORVM.

Q. V. AE.

## CONTRA EPISTOLAM BEATAE VIRG. DEIPARAE AD MESSANENSES Obijciuntur.

*VBI PAUCA DE PIA AFFECTIONE IN  
Aduersarijs desiderata.*

### CAPIT. I.

**Q**VAES nostram Traditionem arietare videntur, eas in classes congescit, scriptoque libello ad Messanenses mittere, nisi mora vetuisset, cogitabat vir aliqui doctus, sed parum, vt videtur, Messanensium studiosus, quamquam ille se iactat facere id Virginis deiparae amore Urbis Messanae studio, Siciliae decore, desiderio tuendae famae, & obstantia infrigendi, amore veri, & odio falsi; Et quod palmare est, procul a partium studijs, eam ob rem orat, obtestaturq; viros doctos, & Deiparae Virginis amantes, vt respondeant sibi, faciantq; satis, sed praestat illum de suo scripto loquentem audire, ne quis existimet, quae ille nobis opponit, ea nos illi falso imponere: ita ille ad Messanenses.

*Reuulgatum diu est, Viri Nobilissimi, in Vrbis vestrae archiujs extare Epistolam à Deipara Virgine, ad Messanenses scriptam; in eam pauca quaedam praefatus est Constantinus Lascaurus, domo Bizantinus, qui ex greco in latinum veruit Epistolam Beatae Virginis, & constantinianam praefationem integra fide recitamus.*

N 2

PRO-

PROLOGVS. CONSTANTINI LASCARIS  
In ſequentem Epiſtolam.

**N**O. N. omiſſam enim, quod ab exteris penitus ignoratur in laudem B. Virginis, & ipſius Ciuitatis, &c. Quæ quia initio poſita vnâ cum epiſtola, iterum repetere ſuperſedeo. Igitur pro- ducta, quam Ariſtarchus dicit eſſe, ſed non bene Laſcaris præſa- tione, & epiſtola Virginis ad Meſſanenſes, adhuc pergit.

Tradit Philippus Goſtus, ſcriptor patrius exemplar litterarum, tum hebraicè, tum græcè in theſauro Vrbs aſſeruari, ob eas Meſſana hono- res ingentes, Virgini tributos miris popularium ſtudijs. Nam deſtructo antiquiſſimo delubro, quod Orion Neptuno poſuit in promontorio Peto- ro, templum ex ruinis intra Vrhem extructum, dicatumq; Mariæ de- literio, deducto a Deipara literis nomine, deinde inſtitutum ad octauum diem ſeptembris, feſtum anniuerſarium in memoriam epiſtole, quam Deipara ad Meſſanenſes ſcripſit, idq; à maioribus traditum, & per manus ad poſteros deriuatum. ſeruat eadem Joſeph Bonfilius memorat.

Sed contra ſunt pleriq; cenſentq; Epiſtolam Virginis ad Meſſanen- ſes ſcriptam haud dubiè fictam, ac ſuppoſitiuam eſſe, quibus permoti rationibus, rem firment, iam nunc commemorabimus. E quidem maxime velim tueriſamam, & obſtantia infringere; mouet me pie- tas erga Deiparentem, Vrbs Meſſana ſtudium, & Siciliæ decus nam ſticitia eſt, ut Sanctus Hieronymus ait, habere epiſtolam mari- ris; quæ Meſſana glòria, ac Siciliæ foret; ſi Deumiris epiſtolam pe- nes ſe haberet?

Sed multa torquent animum, & à fide epiſtole recedunt: omni obſ- tiorq; viros doctos, ac Deiparæ Virginis amatores, ut queſitum à me- per hanc epiſtolam humaniter reſponderem, factumq; fatiſ, ut curam decore Vrbi Nobiliſſima vindicem.

Videamus num vere, & ex ſtatico animo hæc ſint dicta. legi re- legi libellum; multa adteri in illo non bene conductæ; multa non recte examinata, quæ iteſum ſcoquero, & ad limam reuo- care opus; amicum in eo animum haud agnoſco; vius in Meſſa- nam ſtudium adhuc requiro; tuende ſumæ deſiderium, & ob- ſtantia infringendi penitus deſidero; Ariſtarchi partes quoniam valde ſeueriter agit, tacito eius nomine Ariſtarchum vniuerſum appellabo. ſic igitur Ariſtarchus:

Ve.

*Vexant me primo varietas epistola, & in ea vulganda scriptorum inconstantia. 2. collata epistola, Virginis nomine composita. 3. Doctorum Hominum sensus. 4. aduersa coniectura. 5. Modestia Virginis. 6. Mores temporum, ac gentis. 7. Sacra historia. 8. Recta chronologia. 9. argumentum epistola. 10. dicta quaedam abhorrentia à vero. 11. cognomentum Imaginis à litterio. 12. ipsa traditio. Reuocemus hæc omnia ad censuram amore veri, odio falsi, procul à partium studijs.*

Et quid non offendit non bene affectum animum? ad has veluti duodecim tabulas Aristarchus sistit Messanenses. sed hic omnium primum optarim maxime in Aristarcho, quæ ille tam animose in exordio iactat; animum veritatis amantem, pieq; affectum erga tam piam traditionem, tandem bonam fidem; in hos etenim ferè scopulos impingit ille non infrequenter dicendi, seu potius contradicendi, impetu. Hæc tria Aristarchi peccata aduerte prudens lector, & veritatis amans, in ipso suæ apologeticæ epistolæ vestibulo, & à vestigio reliquum hominem conijce. Ait primum Virginalis epistolæ præfationem Constantini Lascaris esse, cum potius, vt supra ostendimus, alterius sit, de ipsius Lascaris translatione testimonium publicè facientis; lege ipsam præfationem, vbi id luce clarius intueri licet. nec si excuset vetera exemplaria eiusmodi titulum præferentia, excusandus incogitantia, qui id non peruiderit. ait 2. loco Philippum Gothum, & Ioseph Bonfillum scriptores patrios asserere epistolam Virginis prototypam, tam hebraice, quam græcè exaratam in Urbis thesauro asseruari, qui tamen alia omnia. lege ipsos auctores, nihil in illis tale quidquam. sed non nouum Aristarcho, vt patebit, auctores non bona fide recitare, vel dubie loquentes in deteriorem partem interpretari, vt omni ex parte nostram traditionem infirmam ostendat; qui si amice, pieq; affectus erga tam piam, veteremq; traditionem Messanensium fuisset, facile erat sequi eorum auctoritatem, qui in pietatem inclinât, & pro nostra traditione pugnant. Quoniam vero Aristarchus in Virginem, in Messanam valdè studiosum se prædicat, quæ sint piæ affectionis partes, prius illum edoceamus.

Hæc nimirum de veritate sollicita, sed in dubijs pro pietate, contra pietatem nunquam; nouitas illi semper suspecta; verum antiquitati defert maxime; duriuscula, si quæ occurrunt, in bonam partem interpretari conatur; si quæ pugnantia, temporum distin-

distinctione concordare satagit; si admista veris falsa (neq; verò nouum tritico adnasci zizania) velut os Domini studet separare pretiosum à vili. hę sunt, si nescis, nam videris nescire Aristarchę pię affectionis partes. ita christiana pietas, ita docet pietatis Magistra Ecclesia. Consule acta Apostolorum apud Abdiam; Petri itinerarium apud Clementem, tum quę proscribit Gelasius inter apocrypha, & quot quot sacrarum historiarum, puta Lini, Christophori, Septem dormientium, & aliorum, quę primo aspectu male sibi coherent; sed ea pietas christiana sin minus nescit excusare, damnare certè non audet, aut è sacris fastis expungere; tantum vetustati, pijsq; traditionibus defert Ecclesia! In actis Vrsulę, & sociarum Virginum quam difficile fuit Catholicis scriptoribus contra hæreticos inuestigare, qua tandem ratione nobilium puellarum myriades sine multo satellitio, & comitatu virorum tam longo in itinere simul reperiri potuerint. Iterū, si iam nuptui traditę, aut nubendi animo vela dabant, quomodo Virgines? (*Virginis enim est definitio (teste Hieronymo) sanctam esse corpore, & Spiritu, quia nihil proest carnem habere Virginem, si mente quis nupserit*) Difficilia hæc, & nisi piã ad veteres traditiones affectio rem inuestiget, ac velut vrsã lambendo formet, monstrum appareant, ita nimirum difficultatum ossa, quę bonus Isrælita rationum dentibus nequit frangere, igne pię credulitatis iubetur comburere, credereq; non esse impossibile apud Deum omne verbum, tolle hanc piã animi affectionem siue in rebus, quę humana, siue quę diuina nituntur fide, nihil solidum dices. iamq; non modo de veteribus traditionibus ecclesiasticis, sed de ipsa christiana religione conclamatum est. Ecce tibi censura seuerior, & ad limam, seu potius (nam qui velit ingenio cedere, rarus erit) ad litem omnia.

Quam hoc verum sit conijce ex vno Christophoro Castrio, qui non Messanensibus insensus, tantum non affectus, & de Aristarcho male affecto intelliges. Castrius ergo qui primus in sua historia Deiparę nostram traditionem examinare, & damnare aperte est ausus, quam pugna ille pro vetere suarum hispaniarum traditione, quam solers in indagandis temporibus, obiectis soluendis, dubijs in bonam partem trahendis, auxiliariis socijs conuocandis, vt Iacobi maioris in hispanias aduentum, Baronio, alijsq; grauibus auctoribus haud satis probatum, probet;

con-

contentus posita Traditione solum ostendere quomodo, aut quando potuerit id accidere, nec chronologiae repugnare; sic demum se rem egisse putauit: & id quidem in re pia, & veteris memoriae satis cur nobis id non satis? cur in re nostra de Pauli aduentu Messanam, de epistola Virginis Deiparae ad Messanenses scripta, tam exactus portitor, tam seuerus censor, tam religiosè cauet, ne dum Virginis caritatem adstruere volumus, falsa affingamus? at non potuit eo, quo traditur, tempore Paulus Messanam attingere? potuit aliq. at non conuenit annus datae epistolae? cur non excusetur notariorum error? non ne Romanorum notae sunt, non hebraeorum? concedo; neq; Calendarum graecorum, & tamen frequè Calendarum nomen in libris sacris. Et in epistolis Ignatii Martyris ad Romanos. quid ita? et scilicet latino interpreti hebraeorum, graecorumq; notas temporum latine placuit efferre, & de more Romanorum.

Indictionum vsus non adeò antiquus, & si antiquus, anno non congruit? qui pie affectus ita responderet si hic mos non antiquus, noua antiquis interferi per errorem; non nouum si antiquus, errari in notis arithmetice antiquitate quid est? unde quantum lucem afferat rebus pia affectio, si non delideretur; si delideretur, noctescunt omnia. Hic ego Castrum solum solum volo, sineq; arbitris quid illi, amabo, credibile magis, siue temporum chronologiae, siue sacras scripturas rimetur, Paulum Messanae, an Iacobum in hispania fuisse a uiuentem Deiparam. Cesaraugustae spectandam, & adorandam se exhibuisse, an Messensibus epistolam dedisse? ubiq; pura pura traditio; ubiq; contradictio, & fortassis maior in Iacobo, quam in Paulo; cur illud recipit, hoc cur reprobat? habet ille pro se scriptores veteres, recentesq; praeter traditionem; habemus & nos licet non numero pares, certè auctoritate non aspernandos, quos supra recensui; & quod magis mirere, Lucius Dexter homo hispanus non Sículus, qui quo Hieronymi floruit, quiq; utriusq; traditionis luculenter meminit, apud Castrum fides inuenit in sua causa, in nostra non item; adeo ut vel illum non legisse, vel neglexisse videatur. Quid ita? nimirum, pia animi affectio hic defuit, illis non defuit. acute, & vere respondit quidam homini alieno statuum quam ipse valde commendabat haud commendanti: meis illam respice oculis, placebit; simile responsum refert Aelianus in var. histor. dedisse

dediſſe Nicoſtratum cuidam picturæ ignaro a ſe curioſius inqui-  
renti, quid tantum in Zeuſis Helena ſtuperet! cui Nicoſtratus  
(*non interrogares me ſi meos oculos haberes*) Verum enim vero excu-  
ſandus Caſtrius in hac parte, quippe homo exterus, cui non li-  
cuit tam otioſo eſſe, vt aliena ſolertiùs veſtigaret, nec tam piè ad  
noſtra affecto, vt ſibi, obiectiſq; faceret ſatis. ſi hanc ab homine,  
non amico inimus gratiam, quid ab inimico expectandum? ſed  
ne aèrem verberare, & clauſis oculis Andabatarum in morem,  
pugnare videamur, obiectiõnum momenta ſolidè expendamus;  
ſit igitur.

## VARIETAS, ET INCONSTANTIA

*Epistoła obiectio 1.*

### CAPVT II.

**SUSPECTA** valdè eſt Ariſtarcho in editis epiſtolæ Vir-  
ginalis exemplaribus, varia, inconstanſq; lectio, id quod  
Messanenſium conſcientiam tanquam de veritate dubitantium  
redarguere videtur. (*primo, inquit ille, cur adeo variatum in eden-  
dis litteris? cur adeo promiſcriptores veſtri in addendo, demendo, perpo-  
ſiſſendo, quam neq; addi, neq; demeri, neq; expoliri fas fuit. ſane quidem.*

### SUSPECTA EST MUTATIO EPISTOLAE.

**P**RO cuiuſcuſq; cupidine. in antiquis exemplaribus Mſs. ba-  
beatur (*Nos Maria Ioachides.*) recens ſcriptum, & quidem  
excultiùs (*Nos Maria Virgo Ioachim filia*) vetera exemplaria habent  
dumtaxat (*Ex Tribu Dauid*) deinde additum (*Ex Tribu Iuda, &  
ſtirpe Dauid*) in omnibus ferè exemplaribus Mſs. impreſſiſq; eſt (*Dei  
Patris omnipotentis*). Ioſeph Bonſilius detruncavit vocabulum (*omni-  
potentis*) quod cultum hominis ingenium offendebat. præterea habent  
exemplaria antiqua (*filium noſtrum Dei unigenitum*) Bonſilius, &  
auctor conſuetudinum Meſſanae ediderunt (*Dei genitum*) vetuſta  
Mſs. & exemplar editum ab auctore conſuetudinum habent (*Pauli  
Apoſtoli electi*) ſed Bonſilius vocem (*electi*) ſuſtulit ex epiſtola. manna  
exarata omnia, & edita à Chriſtophoro a Caſtro habent (*Anno filij no-  
ſtri xlii. Ind. i.*) Bonſilius, & auctor conſuetudinum præcidere ir-  
dictio-

*ditionem. In Mss. & edita à Bonfilio epistola exaratum est ( luna xxvii. feria 5.) Auctor vero consuetudinum feriam iugulauit, exturbauitq; sed quantum variat subscriptio? in Mss. ita est ( Nos Maria, quæ supra acceptamus, & affirmamus hoc presens chirographum ) expoliuit Bonfilius, ediditq; ( Maria Virgo, quæ supra, hoc chirographum acceptauit ) alia scheda adduxerunt in arctum subscribentes ( Maria Virgo): Demum Auctor consuetudinum subscriptionem penitus amputauit. Enim vero suspecta est licentia ista quippiam de vulgata epistola demutandi, & conscientiam arguit, ac vobis fixerunt erat: Deiparæ epistolam esse, eius reuerentiæ plus dandum fuit. Ego quidem nefas putauerim stylo meo vulnerare præcidendo, adijciendo, quidpiam immutando ) ita nimium in Messanenensibus censoria vsus virgula Aristarchus. Et quod paucorum potuit fuisse vitium, in omnes refundit.*

In qua re, vt candè, quod sentio, profitear, si ea variatio in epistola priuato recentiorum scriptorum sensu facta, non solū nō probo, sed eorū audaciam improbo, miror incitiā, qui, cū obiectis satisfaciendo, respondendoq; fortasse non essent, satius putauerunt nodum posse præcidi, quàm solui. sed quis eos constituit iudices in republica? certè hoc non meruit veneranda antiquitas, non Lascaris auctoritas, non religio, quibus reuerentiæ plus erat tribuendum; verum si qua eius varietatis causa fuit, ea danda prius, quàm aliud audendum. Non propterea puto quidquam inde veritati traditionis detractum. Interim duo si mihi perpendat Aristarchus, facile à concepta suspitione, metuq; hominem liberabunt. primum variantem lectionem ( quæ nec magni hic momenti, nec insolens alibi vitio librariorum ) haud in antiquioribus Mss. grecis, latinis reperiri, quæ sibi mire respondent, quod certè magnum pro veritate præsidium; solum in recentioribus exemplaribus haberi, scilicet postquam res in controuersiam, & examen cœpit vocari, in quæ facile fuit incidisse Bonfilium, nouosq; scriptores, qui non nimis hac in re, modo pietatem promouerent, laborandum putarunt. at viris doctis, qui lectionum varietatem, veritatemq; inquirunt, ad veteres membranas, tamquam ad incorruptos, minimèq; suspectos fontes recurrendum; riuiolos, si muscosi sint, vel cœnosi, haud valdè morantur: hanc velim ab Aristarcho mentem indui; si à cauillis animus procul est. deinde ( quod volebam secundo loco aduertit ) si clausalam, &

subscriptionem, quæ alienam olet manum, excipias; de quibus fuse suo loco agemus; quid amabo varietatum in ipsa epistolæ narratione, siue in antiquis, siue in recētioribus exemplaribus, aut animaduersione dignam hanc si sartam, tectamq; habeamus, satis est; non tamen inde subscriptionis, clausulæq; formulas, quia vel de nouitate, vel de varietate suspectæ sunt, idcirco non admitto, aut proprio sensu demuto, sed de veteribus manu scriptis, nec sine coniecturis examino ad regulam, & pietatis, & veritatis.

Aristarchum non mitto, nisi illum indiligentiæ admoneam, nam quod postremo loco ait; omnia Mss. exemplaria in epistolæ clausula habere (anno Filij nostri, &c.) satis ostendit se omnia non peruidisse, nam peruetusta Mss. alterum quod Messanz in Bibliotheca Domus Professæ Societatis Iesu asseruari dixi, alterum quod in antiquissimo Codice Thesauri Messanensis exscriptum in promptu videre est, perspicue habent (anno Filij eiusdem) quæ lectio maxime notanda, alijsq; præferenda, quippe quæ rationi, coniecturisq; magis congrua; & ex qua facile apparebit, quid de epistolæ clausula, quæ ob insolentiam anni, Indictionis, Calendarum, & feriæ alicui negot. um successit, sentiendum sit. sed adhuc super hanc quam Aristarchus appellat, epistolæ inconstantiam *officiunt inquit ille.*

LITERÆ VIRGINIS NOMINE COMPOSITÆ  
*inter se comparatæ nec secum conuenientes. Obiectio. II.*

C A P V T III.

**V**T ex insueta salutationis formula confictas à Lyfimaco Ptolomæi Regis literas subodoratus est Pyrrus apud Plutar-  
*Plutar. in Pyrr.* tarchum; ita non minus Aristarcho suspecta falsitatis est Virginis epistola ad Messanenses; quia siue in salutatione, siue in clausula valde dissimilis alijs, quæ de eadem traduntur, epistolis; imò nec scribentis modestiæ correspondens: dubia proles, quæ parentis, vel fratrum lineamenta non referat (*sanè, inquit ille, dissimilitudo literarum ex eo suspicionem falsitatis inicit, quod apud hebræos, ut ceteras apud nationes, scribendarum epistolarum eadem erant formulæ, eadem initio salutationes, eadem in extremo clausula, à quibus temporum moribus Maria Virgo pro sua modestia non discessisset:*

*Quæ*

*Quæ certè varietas suspecta est, epistolæsq; variantes si conferas, altera alteram prodit, ac subvertit) ita ille, atque, vt id ipsum conuincat euidentius, sub oculos ponit epistolæ, quæ à Virgine ad Ignatium Martyrem, ad Florentinos scriptæ circumferuntur, confertq; & inter se, & cum ea, quæ est ad Messanenses. Age verò hoc nos quoque agamus. sic verò ad Ignatium.*

**I G N A T I O D I L E C T O D I S C I P U L O**  
*humilis ancilla Christi.*

**D**E Iesu, qua à Ioanne audisti, & didicisti, vera sunt, illa credas, & illis inhereas, & Christianitatis votum firmiter teneas, & mores, & vitam voto conformes. Veniam autem unà cum Ioanne ad te, & qui tecum sunt, visura; sta, & in fide viriliter age, nec te commoueat persecutionis austeritas; sed valeat, & exulet Spiritus tuus in Deo saluari tua. Amen.

Et ad Florentiam in hunc modum scribit sine vllor titulo, quâ epistolam pro cõcione explicauit celebris pietate, & doctrina vir Hieronymus Ferrariëns anno Dom. 1395. *Florentia Deo ac Domino Iesu Christo filio meo, & mihi dilecta, tene fidem, insta orationibus, roborare patientia; his enim sempiternam salutem apud Deum, & apud homines gloriam consequeris.*

Tertiam, quæ ad Messanenses scripta, non opus hic adtexere, quia supra retulimus, tum sic Aristarchus. (*tres hæc literas ad Ignatium, ad Messanenses, ad Florentinos si contulerimus, haud quidem à Virgine, sed nomine Virginis compositas ex dissimilitudine censuerimus. nam dissimilia earum initia, dissimiles exitus; omitto iudicium de argumento, mitto de stylo, ac diuisione: in epistola ad Ignatium principium, & salutatio modestior; ad Florentinos nulla; ad Messanenses confertissima: in epistola Ignatiana, ac Florentinorum nullus anni numerus, mensis, diei, nullæ temporum, lociue inscriptæ notæ; ac epistola ad Messanenses quibus non munita præsidij? neq; vllum inuenias instrumentum à quouis actuario conscriptum, quod pluribus obvallatum sit notis rerum, temporum, locorum, ) hic bellum est Aristarcho aduersus omnes Marianas epistolæ, hoc est aduersus S. Bernardum, aliosq; doctissimos, & sanctissimos viros, qui eam, quæ est ad Ignatium saltem, vt germanam Virginis recipiunt. hoc non miror; habet enim suos antesignanos: illud miror,*

vnde colligat ex diſſimilitudine, harum inter ſe epiſtolarum eadem falſitatem! deſus fictam eam, quæ ad Meſſanenſes, quia notata initio, exituque ſpecioſiore, & insolenti illis temporibus; quomodo ex hoc capite falſitatis inſimulat eam, quæ eſt ad Florentinos, cui nullus præfixus titulus, aut appoſita clauſula, cum potius oppoſitum colligere debuiffet? at ſi hæc, quia ſalutatione caret, non admittenda; certè illa ad Ignatium ex hoc haud reſpuenda, quia ſalutationem, vt cæteræ epiſtolæ præfert, & valde modeſtam, vt ipſemet Ariſtarchus fatetur.

Haſtenus ad hominem; nunc ad rem. & vero, vt interim nihil de temporum, hominumque vitio dicam; à quibus harum epiſtolarum, & præloquia, & clauſulæ vel omnino, vel aliqua ex parte, vt alia omnia, vitiari potuerunt; valde alenum eſt à ratione, cuncta velle admiſſimæ moris, & artis exigere, nihilque temporis, perſonis, rebusque concedere, maxime in re epiſtolica; in qua tanta ſcribendi varietas, quanta affectuum humanorum, ſolemne haud negauerim Hebræis, Græcis, Romanis ſalutationem, bonamque precationem præponere epiſtolis; poſtponere clauſulam cum nota loci, & temporis; at hic mos non ita fixus, vt vel præteritum non poſſit, vel præteritum numquam fit; non longe ab eo ex Hebræa gente, & Virginis quo. (nec enim vacat excurrere per alias nationes, oſtendereque quam leuiter dixerit Ariſtarchus, eaſdem fuiſſe apud illas epiſtolarum formulas, ſalutationes, clauſulas) & quidem ſalutatione, aut inſcriptione caret epiſtola Pauli ad Hebræos, tum Ioannis prior; & in ſalutatione, & clauſula viſitata diſcedit à more gentis Iacobus minor, qui in ſua catholica Hebræus Hebræis ſcribens ſalutem de more gentium, non pacem, vt hebræi, nec de more apoſtolorum Chriſti gratiam precatur; nec ſolito exitu claudit epiſtolam: an idcirco de veritate ſuſpectus Ariſtarcho? ſcio aliquos ob eam rem veniſſe in eam ſuſpicionem, ſed hæc olim fuit falſa hæreticorum perſuaſio, vt notauit D. Tho: in prol. ad epiſt. ad hebr.

Verum, & ipſi hæretici apud Bellar. de verbo Dei lib. 1. c. 17. & 18. fatentur non eſſe adeo graue hoc argumentum, in quo tantam vim poſuit Ariſtarchus. Venio ad clauſulas, & exitus epiſtolarum, in quibus nec vnus vſus apud ipſos hebræos; nam alibi videas designatum locum, vt in Pauli epiſtolis ſecundum græcæ exem-

exemplaria; alibi aliquando etiam & tempus, & locum, ut videre est in duabus epistolis, quas ex Ierosolymis altera anno clxix. alteram centesimo octogesimo octavo datas refert machabeorū historia lib. 2. c. 1. ut aduertit in eum locum Nicolaus Serarius qua. 1. tum Canus, & Bellarminus apud eundem: notam dici habet Epistola Ignatij Martyris ad Romanos in hæc verba. *(scripsi vobis hæc ix. calend. Septembris:)* plerumque tamen existimo tam locum, quam tempus desiderata, quia vel satis nota, vel per hominem serio mitti solita epistolę, ut patet ex epistolis Pauli, Ignatij, Polycarpi, & aliorum. Cur autem alia atq; alia formula scribendi, ordiendi, claudendiq; epistolas vsa fuerit Virgo Deipara, quis diuinet? quis enim nouit seipsum Dominę, aut consiliarius eius fuit? quamquam, si suspicioni locus sit. putarim sapientissimam Virginem ad eos, ad quos scriberet, calamum attemperasse: scribit ad Ignatium in fide bene fundatum, modesta, familiariq; vsa salutatione; ad Messanenſes verò, quia in fide nouitij, neque adhuc elatos gentilium spiritus omnino exuerant, initio utitur paulo speciosiore Virginis maiestati, Messanenſiūq; pietati, exultationiq; quam de Virgine conceperant, haud incongruo: coniecturę fauet idem Ignatius Martyr vir apostolicus, qui ad Romanos scribens, quibus eos titulis non onerat? quamquam primo ad spectu non modo insolentibus, sed qui ab apostolica simplicitate abhorreere magnopere videantur? salutatur enim Romanam Ecclesiam, ut vulgata habent exemplaria *(sanctificatā, illuminatam, Deo dignam, eminentia dignam, beatitudinis dignam, laude dignam, fide dignam spiritiferam.*

Qui vir Apostolicus vsus eo tempore eiusmodi salutatione? non opinor eam ob causam Ignatij epistolam suspectam Aristarcho, si sapit: à quibus, & similibus titulis abstinuit Paulus Apostolus in epistola ad eosdem Romanos. de se tamen quam honorifice dixit *(Paulus Seruus Iesu Christi vocatus Apostolus segregatus in euangelium Dei. per quem accepimus gratiam, & Apostolatam ad obediendum fidei in omnibus gentibus)* vbi maxime gloriatur de potestate, dignitate, munereq; sibi à Christo commisso supra ceteros Apostolos. id enim Apostoli vocati, segregatiq; in Euangelium nomen significat sacris scriptoribus antiquis, nouis, vel ipsi Paulo qui cap. 10. postter. epist. ad Cor. ita scribit *(nam & si amplius aliquid gloriasus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus)*

Epistol. ad Rom.

*non erubeſcam*) Porro quàm emphatice dictum (*per quem acceptimus gratiam, & Apoſtolatum*) & illud (*de poteſtate noſtra, quam dedit nobis Dominus*) atq; vt certò conſtet eum fuiſſe veterum Patrũ ſenſum, inſigni vnus Hieronymi teſtimonio rem confirmo, qui initio commentarij ſuper epiſt. ad Tit. in illud (vocatus Apoſtolus) ità habet: (*tale mihi videtur, ac ſi dixiſſet. præfectus prætorij Auguſti Cæſaris, vel Magiſter exercitus. Tiberij Imperatoris. Vt enim Iudices ſæculi huius, quò nobiliores eſſe videantur, & ex regibus, quibus ſeruiunt, & ex dignitate, qua intumeſcunt, vocabula ſortiuntur; ità & Apoſtolus grandem inter Chriſtianoꝝ ſibi vendicat dignitatem, Apoſtolum ſe Chriſti titulo prænotauit, vt ex ipſa lecturòs nominis auctoritate terreret, indicans omnes, qui in Chriſto crederent, debere ſibi eſſe ſubiectos.*) Hæc Hieronymus. rationem tam magnæ varietatis in ſalutationibus epiſtolaribus inter eccleſiaſticos ſcriptores, tam breui temporis ſpatio, quò inter etatem Pauli, Ignatiq; efluxerat, optimam reddit doctiſſimus Alphonſus Salmeron diſp. 7. in epiſtolam ad Romanos his verbis (*ex qua ſcribendi varietate elicimus, poſſe nos eiufmodi titulos ſupprimere, ſi ita conueniat, poſſe etiam, ſi opus ſit, ad charitatem fouendam, & communem ædificationem alendam non nunquam eos tribuere*) quòd igitur Paulo, Ignatioq; damus ad charitatem fouendam, cur Virgini omnium Magiſtræ negemus? ergo egregiè fallitur Ariſtarchus, dum ait, eadẽ apud hebræos in ſcribendo formulas, eadẽ initio ſalutationes, eadẽ in exitu clauſulas; aut ſi concedat aliquando de ſolemni more variatum, vt ſatis oſtenſum, ſe ſe conficit, nec quidquam conficit; quòd volebat: ſed & de hac quæſt. aliàs iterum.

Nunc, vt ex occasione dicamus aliquid de ea epiſtola, quæ ad Florentinos ſcripta, vt illam a Virgine nauã negauerim eſſe; neq; enim pietas ſinit dubitare: ita an à Virgine in viuis agẽte ea ſcripta ſit, ſcrupulus aliquis mihi eſt. primum, quòd nulla epiſtolæ veſtigia præſeferat, non ſalutationem, non clauſulam, & potius recentis; quam antiquæ reipub: ſtatum, moreſq; referre videatur; deinde, quòd nulla de ea in antiquis tabulis, aut ſcriptoribus facta mentio reperiat. Videtur conſentire Alphonſus Villegas, qui de Virginiſ epiſtolis duas tantum ex iudicio virorum grauium recipiendas putat, alteram, quæ eſt ad Ignatium, ad Meſſanenſes alteram: cum Villega eſt Bonifacius, tum alij pleriq; qui de Florentina tacent, non de Meſſanenſi epiſtola. Quare in eam venio ſuſpi-

suspicionem, vt putem Deiparam tuac temporis per sanctum aliquem virum, aut caelestem interuocium, cum ea Republica sibi dicata, varijs quateretur tumultibus, de quibus historiarum, illam descripto compellasse illis verbis (*Florentia Deo, ac Domino Iesu filio meo, & mihi dilecta, tene fidem, in ista orationibus, roborare patientia, bis enim sempiternam salutem apud Deum, & apud homines gloriam consequeris.*) habeo quid simile apud Alanum Rupensem, & Albertum Renatum cit. à Petro Georgio Odescalco discursu xii. in fine, apud quos habetur, quod oranti virgini cuidam Ioannae nomine affuit Angelus, eiq; epistolam à Virgine scriptam dedit in hæc verba (*Dilectissima filia Ioanna, perge recitare meum Rosarium, fuge hominum frequentiam, fuge otium, quod superfluum est à tua cella exue; ama orationem, silentium, & sancta Sacramenta; sic tibi animi tranquillitatem, felicitatemq; polliceor.*) vide quam mirè tibi respondet hæc duæ epistolæ? non dissimilia leges apud Beatam Elisabetham in eius reuelationibus cap. 14. in fine, & apud Birgitam. Quam suspicionem non eo animo profero, vt eam religionem euellam; imò vt magis firmem, & à calumnijs vendicem; neq; enim detrahi quidquã gloriæ puto de tam florenti Republica siue ea epistola à mortali, siue ab immortalis Virgine missa dicatur, modo de veritate, deq; Religione cõstet: & si de celo amatissima Mater epistolas dare non est aliquando dedignata, procliuo est suspicari, etiam dum in terris esset, id non semel præstitisse. Redeo ad Aristarchum, qui per transitionem, argumentum, styllum, diuisionem in nostra epistola carpit, quasi vero censura indigeant: in præsentia tamen abstinere se ait: sed hominem licet paulisper interrogare, primum de argumento (si argumenti notio illi nota) an non congruens personis? temporis? rebus? scribit fideiũ Magistra ad fideles nuper ad Christum conuersos, vide quantum cum maiestate, verborumq; auctoritate, & amoris vere materni argumentis. at in stylo temperato, & graui, nec à modestia virginali, vt ostendam, alieno, quid desiderat? sed quid de diuisione submutit. desiderari in breuissima epistola? beneuolentiam ne? docilitatem? attentionem captatam? iam habet. an præloquium siue salutationem, narrationem, clausulam de more epistolico? itè habet. sed quid ipsa narratione ordinatijs? Messanensium pietatem commendat, in fide confirmat, ad perseuerantiam excitat. Dices argumentum non respondere temporum Chronologiae, styllum,

lum, ac diuisionis partes non conuenire Virginis modestiæ, nee temporum, aut gentis moribus, quæ omnia singillatim excutienda; sed maximè in præsentia videamus, quis apud Aristarchum de hac Virginali epistola sit

## SENSVS DOCTORVM HOMINVM.

### Obiectio III.

#### C A P. III.

**R**ecenset hic Aristarchus sensum eorum auctorum, qui nostram Traditionem recipiunt, qui piè in illam inclinant, qui de veritate dubitant, qui omnino reijciunt, ac epistolas omnes Mariæ Virginis nomine vulgatas inter apochryphas censent. Et si enim epistolas duas Ignatij ad Mariam, & Mariæ ad Ignatium ut germanas, ac legitimas agnouerit S. Bernardus sermone 7. in psal. 90., eumq; secuti sunt ducem Marcus Michael Carnotensis de viris Illust., Diony. Richelius comment. ad lib. de diuinis nominibus, Sixtus Senensis lib. 2. biblioth., Canisius lib. 5. de Mariâ c. 1., alijq; atramen S. Hieronymus, eoq; antiquiores alij, qui Ignatij Epistolas enumerant, eas respuerunt.

Itaq; Hieronymus Vailernius Siluius, qui post Valentinum Patrum, & Vuilhelmum Morelium Ignatij epistolas, græcè, latinèq; edidit, Virginis Matris ad Ignatium, & Ignatij ad Virginem, quas vetus interpres adiecerat, in sua editione sustulit; quod scilicet nulla earum reperiretur in græcis codd. Dilingano, & Pariensi, eadem ex silentio S. Hieronymi permotus Baronius in annalibus suis ut apocryphas habuit.

Itè Martialis Messinæus, qui recens Ignatium græcè, & latinè in vulgus edidit, easdè in apocrypharum numero collocat, quod græcè nusquã scriptæ reperiantur, neq; vllus Veterum Patrum ad Bernardum vsque meminerit. Atq; hæc generatim, & vniuersè de epistolis Marianis. sed inquit ille: *Virginis epistolam ad Messanenses, plures sunt, qui reijciant, quam recipiant. Recipiunt præter scriptores Patrios Mutius Iustinopolitanus hist. sacre lib. 1. cap. 13., Ioannes Maria Tarsia in Monarchia Virginis, Alphonsus Villega in vita B. Virginis, ijq; quæ a Constantino Easparo in præfatione narrantur, repetunt, sed eo nixi, cum eodem, si ruat, ruant necesse est: inclinant pietate in Virginem moti Canisius, Franciscus Arias de imitat. B. Virginis capit. 30.*

Fer-

*Ferreolus Locrius in Maria Augusta lib. 5. cap. 37. sed hi non videntur legisse literas, nam alioqui in alia omnia; quippe Canisius ita scribit (apud fuculos extat insignis Respublica Messanensium, que epistolam à Virgine Matre missam prædicat, atque, ut audio, reuerenter in scrinijs suis asseruat): dubitat de literarum fide Ioannes Bonifacius hist. virginal. lib. 1 c. 18., nam ait (feri fortasse potest, ut literas ad Ciuitates Florentiam, Messanamq; dederit, quas ipse iactant, & à Virgine se habere gloriantur, quod mihi pro certa B. Mariæ Virginis facilitate, & humanitate non magnopere videtur esse mirandum: si enim Florentini, & Messanenses suam vnaqueque Resp. ad B. Mariam Virginem epistolam miserunt. (fides sit penes historicos, quorum est Religionis in vtraq; Vrbe antiqua indagare vestigia) non est dubium, quin Virgo rescripserit, & ambas Ciuitates Cælesti (qui mos Virginis erat) consolatione repleuerit.) hoc Bonifacij testimonium labefactat, qui probauerit fieri haud potuisse, ut Messanenses ad Virginem scriberent. Laurentius Masellus in Vita B. Virginis lib. 6. c. 18. recitat Virginis epistolam ad Messanenses, sed eius arbitrum agere se velle refugit. sed audacter respuit Baronius, ut que auctoritate careat, & in apocryphorum classem reijciendam esse omnes existimatueros affirmat. refutat item Christophorus à Castro in vita Deiparæ, quod pugnantia contineat, ac Deiparam nobis nihil scriptum reliquisse confirmat. Præter hos, quos scripsisse compertum mihi, multos viros auctoritate, & religione pollentes audisse me; qui spurias literas, ac supposititias constanter asseuerent.) Ità ille.*

Non equidem possum non iniquioris animi in nos Aristarchum arguere, qui nec sibi constat, nec bona fide agit in citandis auctoribus. Ait plures esse, qui nostram traditionem reijciant, quam qui recipiant; si calamo, aut memoriæ lapsus non adscribatur, non facile excusandus; quin suo ipse se gladio conficit, suoq; ore se condemnat; nam reijcientium duos tantum auctores profert, Baronium, Castrium; recipientium multo plures. (recipiunt, inquit, præter scriptores patrios) hi sunt Abbas Messanensis Franciscus Maurolycus, Syluester item Maurolycus Francisci nepos; Philippus Gothus, Ioseph Bonfilius Siculæ, Patriæque historiæ scriptor, Auctor consuetudinum Messanæ, tum alij multi non opinor Aristarcho ignoti recipiunt; pergit ille, præter scriptores patrios, Mutius Iustinopolitanus hist. sacræ lib. 1. c. 13. Ioannes Maria Tarsia in Monarchia Virginis, Alphonsus Vigliega in vita B. Virginis) atq; ut id clariùs pateat ex eiusdè Aristarchi confessione, addit ille.

*inclinant pietate moti in Virginem*, Petrus Caniſius, Franciſcus Arius de imitatione Vir. c. 30, Ferreolus Locrius in Maria Auguſta li. 5. c. 37. poterat, ſi & ipſe beneuolus in nos, adnectere plures alios, Martinum Nauarrum, Ioannem Carthagenam, Ioannem Antonium Spinellum Veruchinum, & alios. ſed quid illud? (*ſed hi non videntur legiſſe literas, nam alioqui in alia omnia*) an ſi legiſſent, in partem aientem non inclinarent? non bonus profecto Ariolus, qui de ſuo palato aliorum ſenſum diuinet, ac iudicet: Non legit Caniſius epiſtolam prototypam, ſed famæ publicæ fidem habuit, illam reuerenter in ſcriniis publicis aſſeruari; ſed eſto eam non viderit, ergo non legit epiſtolæ exemplaria? ergo rem non examinavit homo non incurioſus, nec indoctus, & qui Meſſanæ primus è noſtra ſocietate Rethoricam publicè docuit? non fas hoc de tanto viro ſuſpicari, vt pro pietate contra veritatem ſenſiſſe dicamus. Iam vero cur, & ab hac auctorum piè de noſtra traditione ſentientium claſſe excludat Bonifacium, & Maſellum, illoſq; de veritate addubitantes faciat, non video; cùm potius vterq; ſi eorum fideliter recitentur verba, ſineq; fūco, & fallacia expendantur, abſq; dubio in noſtram ſententiam inclinare videantur. In primis Bonifacius non putat alienum à Virginis facilitate, humanitateq; abſentes fideles deſcripto confirmari: tùm ſi Meſſanenſes, & Florentini ad Virginem literas miſere, quod neq; affirmat, neq; negat, ſed eius rei fidem penes hiſtoricos eſſe vult. (id quod ab hiſtoricis habemus, & nos ſupra valdè probabile fuiſſe oſtendimus) ait ſibi non eſſe dubium, quin Virgo reſcripſerit: at *fortaſſe*, inquit. *feri poteſt, vt literas ad Ciuitates Florentiam, Meſſanamq; dederit*: hic ego Ariſtarchi fidem expoſtulo, qui non bona fide auctoris verba recitat; nunquam hoc ſomniauit Bonifacius, vt de veritate literarum dubitaret; ſed de tempore ſolum illi dubium, quando nimirum id potuerit accidiffe. Reddo fideliter auctoris verba, quod non fecit Ariſtarchus *feri etiam fortaſſe*, ait ille, *poteſt, vt hoc ipſo tempore literas illas ad Ciuitates Florentiam, Meſſanamque dederit* vide lector dubitationem illi eſſe de tempore, non de veritate literarum, vt putauit Ariſtarchus, qui Bonifacium vel non attente legit, vel dolo male legendo mutilauit. Porrò Maſellus dum arbitri partes agere refugit, tantum abeſt, vt in pietatem, religionēq; non inclinaret, vt minimè ſapientem, minimèq; pium exiſtinet illum, qui cuiſmodi traditiones, quæ pietatem fouent, nō reci-

reci-

recipiat. ita ille *bic ego nolim arbitrari agere huius religionis; potius illud, quod edificat, auget charitatem, caritatem pietatem, huius debet ab homine sapiente, & pio repudari: si hoc non est in partem a sententiam Masellum inclinare, quid tandem obsecro illud erit? adhuc vrget Aristarchus sensum multorum virorum auctoritate, doctrina, & religione prestantium, a quibus se inaudisse asseuerat, nostram traditionem improbari. nocturna hæc pugna, sed quam Aristarcho fidem habeamus in re incerta, qui non bona fide in re certa agere conuincitur? deside multo plures; nosq; prestantissimos pietate, prudentia, sapientiaq; viros dare possem, qui nobiscum p[ro]fentiunt non sicutos modo, sed exteros; neq; id tantum priuatis colloquijs, vt facile fingere, & vendere cum Aristarcho possemus. Verum publicis in concionibus rationum momentis vtrinq; expensis comprobantes, sed quam illi facile est dicere, quod vult, ita nobis non difficile reprobare testes, quos non profert. Ad Baronium redeo, qui non modo nostram, sed quot quot iactatur Virginis epistolæ, omnes iussuetas habet, inq; apocrypha recensendas excillimat. sic ille ad *Ann. xviii. f. 17. de eiusdem Dei Genitricis epistola ad Ignatium redidit, & illamq; Ignatij vna ad ipsam scriptam, dicit vero ad Ioannem Euangelistam de eadem epistola loquentes, sed Hieronymus, & alij antiquiores, qui eiusdem Ignatij redensuerunt epistolas, eas non nouerunt. Traduntur, & in hunc ad alia scripto. Ciuitates, que cuncta eam eorum auctoritate, non nisi in apocryphorum classem referenda esse omnes facile iudicabunt: hæc Baronij censura; in qua non est cur multum exultet aduersarij, nam cum eas omnes epistolas apocryphas Baronius pronuncerit, non statim, vt fidas, vtq; supposititias censuit, sed quod sibi nulla antiquorum fide probentur, hoc etiam importat Baronio, sacrisq; scriptoribus Apocryphi vox non vno in loco; & in hunc sensum vtrur apud Bellar. de Verbo Dei lib. 1. cap. 20., Origen. hom. 1. in cant., Hieronymus. in epistola ad Letam de instit. Virg., & Augustinus lib. 15. de Ciuitate ca. 1. hinc fit, vt quod vni apocryphum est, alijs tale non sit; exempla obuia multa, que de Virgine feruntur: vt quod traditur de ramo palatæ Virgini morienti ab Angelo in signum victoriæ detata; de Apostolis per æra transportatis; deq; Iudæo Virginati corpori, dū offerretur, in urio, cuius manus miraculo abscissæ, miraculo restituta Baronius tanquam apocrypha reiecit; recipiunt tamen, vt vno similia Michael Syngelus Presbyter Ierosolymitanus in vita**

Dionysii, Damasceni in orat. de dormit. Virg. Metaphrast orat. de vita, & dormit. Deipara. Nicophor lib. . . hist. c. 2. 1. & alij, quos sequitur Christophorus Castrius in hist. Deipara cap. 2. 9. n. 7. fateri turque non posse aliquo modo negari historiam tantorum virorum, & auctoritate firmatam, qui cum modum tradant, concedi etiam necesse est, hos ipsum poterat Castrius de nostra traditione pronunciare, quae nec grauium, virorum, qui seriem rei gestae tradunt, auctoritate, testimonioq; caret, si quae illa de anno aduentus Pauli Messenam, scriptaq; à Virgine epistola pugnantis existimant, concedere voluisset; neque enim homini ingenioso, ac erudito, si ad sua Hispaniam res attineret, defuisset vnde id cumulate praestare potuerit, vt suo loco docuimus, dicemusq; Hæc intransitu contra Castrius. Iterum ad Baronij censuram, vt verosimilem, satisque probabilem existimat Baronius historiam de nece Zacharie Ioannis præcursoris parentis iuxta templum, & altare, & patris habet Petrum Episcopum Alexandrinum, Origenem in Matth. tract. 19. Metaphrasin comment. de S. Io. Bapt. Guillum Alexand. Gregorium Nyssenum, Basilium, Theophylactum, Euthymium, & alios, quam tamen Hieronymus non modo tanquam apocrypham, sed vt ipse loquitur, ex quibusdam apocryphorum formis desumptam deridet, quid à quod idem ipse Hieronymus in suis quæst. heb. appellat hebraeorum fabulam, quod de Maram igne consumta, & de Abraham ex igne seruato traditur ab Hebreis, & paulo post noua oblata conjectura sententiam retrahat, veramq; asserit traditionem, quam antea vt fabulam reiecerat, eodem modo apocryphorum in numero recenset idem Baronius Marianas ad Ioannem, ad Ignatium epistolas, quia Hieronymus, & antiquioribus scriptoribus ignota, an idcirco aliis non certa, ratæq; à recte magnus Carpilius, cur enim de his Ignatij epistolis dubitemus, quas non modo Bernardus, sed et Aeneas Syluius, Michael Campanensis, Dionysius Richelius, Marianus Victorinus, Symphorianus Champenius, alijq; plures agnoscunt, & Ignatio tribuant, neque vero tantam vim habere deberet Baronio negatiua auctoritas Hieronymi, vt hæc illa epistola rejiciendæ, quarum ipse non meminisse, cum nec eiusdem Hieronymi auctoritas epistolas Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum admittentis apud Baronium multum momenti habuerit. Iam de epistolis Christi ad Abagarum, & Abagari ad Christum, diximus supra quid Gelasius P. quid contra senserit S. Ephrem Theodorus

dorus Studites, S. August, quibus adde Cedrenum in compendio, ipsumq; Baronium tom. 1. anal. ad ann. 1. in idem est iudicium de epistola Virginis ad Messanenses, de eius auctoritate licet ad dubitet Baronius, certè non dubitat L. Flavius Dexter, qui vixit ad annum cccc. Cōstantinus Lascareus qui primus illam ex græco latinam fecisse traditur circa annum Domini M. cccc. Mutius Iustinopolitanus, Petrus Canisius, Alphonsus Viglietta, Ioannes Maria Farsia, Franciscus Arias, Ferreolus Locrius, Bonifacius, Mascellus, & alij posteriores scriptores oppido eruditi, nec spernenda auctoritatis, ut suo loco diximus.

Sed adhuc contra Baronium, qui nostram hanc virginalem epistolam de apochryphorum numero esse credidit: fortassis quis inuestigare non licuit, ipsum Baronium oppono, qui satis auctoritate putavit habere aduocatum Barnabæ Apostoli in Italiam, Mediolanum ex firma illius Ecclesie traditione confirmata complurium scriptorum auctoritate, sic ille to. 1. anal. ad annum. *L. Flavius Dexter in Italia venit, & in Liguria predicasse Euangelium, nobilissimamq; Mediolanensem Ecclesiam erexit, longè latèq; Christi fidem feliciter propagasse, firma traditione, eiusdemq; Ecclesie monumenta, & complurium scriptorum monumentis confirmata, fidem certam, atq; indubitatam faciunt: hæc ipsa verba mutatis Urbis, & Apostoli nominibus, non video cur omni iure usurpare nos haud possimus à eius iisdem, ne dicam maioribus firmiter sit nostra traditio confirmata, non solum Messanensis Ecclesie monumentis, ac antiquis memorijs, compluriumq; grauium scriptorum testimonijs, sed Romanorum Pontificum permissione in pietatem inclinantium sed miraculis. Quæ omnia sunt apta nata, cuicumq; religioni fidem conciliare certam, atq; indubitatam; nec aliter sensisset sapientissimus, ac piissimus scriptor, si hæc per otium examinare, ac disquirere licuisset: sed iam ad plures abierat vir omni laude dignus, cum hæc in lucem hominum venire; & hæc satis ad Baronij, & Castrij censuram, sufficiat in presentia erroris Aristarchum arguisse, ostendisseque complures esse pro nostra traditione auctores, qui vel illam recipiant, vel in illam pie inclinent, quam contra quod erat demonstrandum. At ut quidam vultis, ait Aristarchus.*

AD-

## ADVERSANTVR SONI ECTVRAE

## Obiectio IV.

## CAP. V.

**T**RIA faciunt maxime Aristarcho negotium, nostramque, ut ipse putat, traditionem falsitatis reuincunt. 1. Lucae silentium. 2. silentium veterum scriptorum ante Laſcarem. 3. factum non credibile aduſatur. (Inquit ille.) 1. silentium Lucae, qui nauigationis S. Pauli socius fuit, & scriptor diligentissimus; is loca cuncta commemorat, ad quae Paulus accessit; dieſque, quibus in eis commoratus est, & appulsum eius Syracusas; accersitum a Messanenſibus, verbum nullum: nec focci rei ista faciendi, nec fienda. 2. quo facto factum, ut nemo veterum scriptorum tantum Messanae bonum commemorauisset. Primus, qui prodidit, Constantinus Laſcarus fuit C. 300. ante annos Bizantio Messanam profugus, vir doctus, sed Messanenſium gratia obſcurus. 3. Paulus Apostolus Messanam docuit traditur, primo die Passionem Iesu Christi praedicoſſe, secundo B. Mariae Virginitatem, & diuini Verbi Incarnationem. Quibus additis Messanenſium Resp. vniuersa christianam fidem complexa, admirabilis in Virginem beneuolentia inflammata legationem ad eam decreuit; ipse Paulus cum legatis Messanenſibus Hierosolymam nauigio profectus. Credi non poteſt duabus Paulo concionibus Ciuitatem vniuersam ad Christum traductam, in qua plura capitum millia censentur, ut nemiſſe contradicente eam sectam fuisse complexam, cui toto orbe contradictebatur? si Dei virtute factum vis; id orgeo miraculum hoc S. Lucas tabuſſet? rem multas apud gentes tum longe diffusam nemo scriptorum laeris mandasset? legationem adeo nobilem ad Dei Matrem ipsi tacuſſent homines, ipsi lapides de parietibus praedicaſſent; Erit vero ad Lucae silentium velint, nolint, cedant, necesse est, & manum tollant, qui Paulum Messanam aiunt praedicoſſe, cum ad Caesarem duceretur: neque enim, ut supra euicimus, id habet scripta, vetusque traditio, nec vngquam Laſcaris meminit: neque tandem veto eius itineris comes, & scriptor diligentissimus Lucas, qui minutissimas qualque diaram, locorum, rerumque eius peregrinationis periodos non praetermittendas putauit, hoc praetermiſſet tacitus: neq; cur praetermitteret appareat probabilia ratio. nam concors ferè est scriptorum sensus, Lucam

quam-

quamuis multa à Paulo gesta, maximè quibus abfuit, siluerit; tamen quæ ad eius iter, siue celerius, siue tardius prosequendam, solertissime descripsisse. quæ etiam valida coniectura Rheginæ Urbis traditionem de columna ardente ad Pauli prædicationem, quæ ibi locorum magna cum religione colitur, si eam tueri velimus, in alud quoq; tempus ostendit esse reiiciendam. Et quidem in hoc cū Aristarcho sum, hunc ictum corporis, uti dicitur, declinatione effugiunt, qui vel post Romana vincula Paulum Messanæ fuisse autumant, in quibus scribendi finem facit Lucas, vel ante Romanū iter, cum nondum Lucas Paulo comes auditus: quæ causa fuit, ut alia multa, quæ Paulo accidere, vel penitus præteriret, vel leuiter, & per compendium tangeret, puta profectionem in Arabiā, in Illyricum, & circum longeq; iacentes regiones. Quæ sine dubio ante celebrem illam Romanam profectionem accidere, & de quibus magnum silentium apud Lucam; & nisi ab ipsius Pauli scriptis, aut Ecclesiarum traditione ea haberemus, quis auderet asserere? non tamen idcirco non vera, quia à Luca prætermissa. Quamquam prædicationem Pauli per Calabriam, & Siciliam, ut aibi tetigi, Lucam per compendium tetigisse verosimile mihi fit Act. c. 9. n. 29: nam ubi de Pauli primo aduētū Hierosolymam, deq; eius ab Hierosolyma discessu meminisset, quod contigit ad annū Christi xxxviii. itatim subdit *loquebatur quoque gentibus*, neque quidquam aliud de Paulo refert, nisi quod quæsitus à Barnaba, & Tarsi inuentus deductus fuerit Antiochiam, ut habetur Act. cap. xi. quod ex Baronio, & veriore historia accidit ad annū Christi xlii. quasi vellet innuere sacer historicus, totos illos quattuor intermedios annos ab discessu ab Ierusalem, ut cum Magistro hist. scholast. sentit Vgo, & Glossa, in gentium conuersionem fuisse à Paulo positos. Simili verborum compendio eodem cap. 9. num. 23, cum dixit *cum autem completerentur dies multi*, complexus est peregrinationem Pauli in Arabiam, eiusq; ibidem triennem prædicationem; tantum enim temporis effluxerat ab eius conuersione vsq; ad primam Ierolosymitanam profectionem, ut patet ex cap. i. epist. ad Galat. Quæ cum ita sint, nec S. Lucas siciliensem prædicationem siuisse omnino dicendus est, quod pluribus supra coniecturis deduximus: & si siluit, in promptu, ut diximus, causa est eius silentij.

Act. 9.

De silentio veterum scriptorum, non est quamobrem adeò miseretur Aristarchus, si tamen non ignoret superiorum temporum vicis.

vicissitudines, Italiae, Siciliaeque; motus, & clades; cum scilicet insanus Tyrannorum, Barbarorumque furor non modo in homines desaxerit, sed in sacra monumenta temerarias manus, imò flammam iniecerit; ut .n. ab Eusebio traditur lib. 8. hist. c. 3, per Imperatoris literas palam edictum fuit, ut deturbarentur Ecclesiae, soloque; equarentur, & scripturae absumerentur igne, & in Romano Martyrologio ad diem secundum Ianuarij legimus plurimos SS. Martyres neci traditos, quòd sacros codices tradere nolissent. deplorat eiusmodi conflagrationem Arnobius aduersus gentil lib. 4. & pie, verèque; dolet Christianus Poeta in hymno de Hemeterio, & Cheledonio.

Prudent.

*O vetustatis silentis**Obsoleta obliuio;**Inuidentur ista nobis,**Fama & ipsa extinguitur.**Chartulas blasphemus olim**Nam fatelles sustulit,**Ne tenacibus libellis**Erudita secula**Ordinem, tempus, modumque;**Passionis proditum**Dulcibus linguis per aures**Posterorum spargerent.*

Neque vero melior pars contigit ijs scriptorum monumentis quae christiana solertia ab hostili impietate seruauit. nam post Tyrannorum, postque Barbarorum bella insecuta pax, sed tam illiterata, atque inerudita, tamque incuriosa veterum memoriarum, ut quae igne euasere, morsus tinearum, blactarumque non euaserint. vtraque; acoufanda tempora, illa quod clarissima monumenta oblitterarint, haec quod alto silentio sepulta inuitam, lucemque cum possent euocare, neglexerint cum damno posteritatis. Hinc factum, ut illustra quondam facinora, & sacrae memoriae ab annalium, hominumque memoria penitus exciderint, quaedam non nisi post secula lucem, cognitionemque mortalium ceperint adspicere; sed proh! quantum mutata ab vera, veterèque; facie, ut per sepe veris falsa veriora videantur. factum hoc adscribit Arnobius lib. 1. aduersus gentil. Demonum, & consimilium his hominum malevolentiae, inuidentique; quorum cura, inquit ille, & studium est, banc intercipere veritatem interpolata quadam, & addita, atque detracta verbis, syllabis, literis, ut credentium tardarent fidem, & gestorum corrumpere veritatem haec Arnobius. Quam multa de Petri, deque; Pauli gestis ignorat Ecclesia? de utroque Iacobo quid habemus? de alijs Apostolis, praeter ea, quae de sacris scriptoribus sparsa colligimus, magnum silentium, de alijs sacris monumentis quid ad ea, quae à SS. viris facta, dictaque; sunt? Et nisi pietas, solertiaque; antiquariorum conquisitis

sitis veteribus memorijs, additis coniecturis facem præferret Ec-  
 clesiarum traditionibus, hæc quoque aniles fabulæ, & hominum  
 inuenta censerentur. Longum esset ferri per singula; de re nostra  
 dicam pauca. Præter aliqua fugientia vestigia, quæ de Pauli aduē-  
 tu Messanam prope eius littus, deq; Virginis Deiparæ epistola ex-  
 tare supra diximus, præterq; nondam traditionem, (quam miror in-  
 ter tot Siciliæ, Messanæq; motus, Saracenorumq; dominatum per-  
 sistisse incolumem) non nisi ad sæculum xiv. Constantini Lascaris  
 æno, & opera è græco exemplari siue à se, siue ab alijs reperto, aut  
 potius in Tabulario publico Urbis asseruato cepit res omnis in  
 orbis notitiam venire, atque consequentium scriptorum auctori-  
 tate stabiliri; donec L. Flavius Dexter, de quo supra, qui sæculo iv.  
 floruit magno cum nomine, e Fuldensi Germaniæ bibliotheca  
 lucem, & ipse accepit, deditq; nostræ Traditioni. Virgo ipsa quo-  
 que visa est è Cælo pluribus, clarissimisq; argumentis eandem Re-  
 ligionem confirmasse, & non sine miraculis. Romani Pontifices,  
 vt conceptam Messanensium Pietatem auctum irent, tantæ rei me-  
 moriam Apostolica benedictione, gratijsq; firmiorem reddidere.  
 Quare & si de silentio veterum scriptorum dolendum nobis fue-  
 rit; gratulandum est tamen, quod tam piam, veteremq; religionē  
 inter tot barbarorum vastationes eam seruarit ab interitu diuina  
 Providentia, extulerit Traditio, firmarit multorum scriptorum.  
 Petas, approbarit Cælum, ipsi deniq; Dæmones confessi sint; quod  
 gloriosius fuit, quam si lapides de pariete clamassent; qui & cla-  
 masse quoque dicendi sunt, dum in tantæ rei confirmationem  
 sacram hanc memoriã prodidere: testes Bibliotheca Vaticana, Bo-  
 noniensis Ecclesiæ archiua, Monasterium de Spina in Hispania,  
 & Fuldense in Germania, in quibus vel Epistolæ Virginis ad Mes-  
 sanenses antiqua exemplaria reperta, vel de ea mentio habita, vt  
 suo loco dictum est. An non & de pariete lapides clamantes id  
 fassi sunt, cum antiquissima fabula pendere de pariete veteris Ec-  
 clesiæ græcorum visa est cum Imagine Deiparæ, & Filij tenentis  
 manu Epistolam Virginealem græcè exaratam? Sed & quam leue  
 illud; quod leuitatis arguit Messanenses, qui semel, atq; iterum au-  
 dita Pauli concione statim de communi consensu Euangelio ma-  
 nus dederint, ad Virginem legatos destinarint. hoc simili argumē-  
 to vsi aliquando Porphyrius, & Iulianus Augustus, hostes Chri-  
 stiani nominis æcerunt; quod referant Euangelistæ plures Apo-  
 stolorum

*Ex Angelo  
 Camerota  
 Episcopo Bo-  
 nensi, & alijs*

ſtolorum ad vnus Chriſti vocem relictis retibus, telonio, opibusq; ſpretis eum fuiſſe ſecutos, ſicq; putant ſe Apoſtolos conuulſe leuitatis, ſcriptores mendacij. Quibus Hieronymus, antequam ad occultæ Diuinitatis vim recurrat, ita reſpondet lib. 1. in Matth. c. 9. tot tantaſq; virtutes, & ſigna in Chriſto præceſſiſſe, vt prudentiæ potius fuerit, quàm leuis animi illum ſtatim ſequi. hoc eodem telo Ariſtarchum vrgeo: tanta erat fama Pauli per vnuerſam Græciam (ſic commodè quis interpretari poſſet Chryſoſt. hom. in Act. Apoſt. dicentem, prædicationem Pauli vſque ad Siciliam perueniſſe) tanta ſignorum, ac prodigiorum Euangelij prædicationis inſequentium vis, ac potentia, vt vbicumq; pedem poneret, vrbes ad ſui deſiderium commoueret. Id non inſiciabitur, qui Pauli Spiritum ex Chryſoſt. & iſtis Apoſtolorum actis nouerit. Porrò qui Apoſtoli prædicationis curſum remorabantur, hæbrei erant vt plurimum, non gentiles; *Maniſteſtum eſt*, inquit Beda in c. 19. Lucæ, *Iudaos ſemper gentium odiſſe ſalutem; ſcriptum eſt enim; ſequenti vero ſabbato penè vniuerſa Ciuitas conuenit audire Verbum Dei.* hoc ipſum diſce à noſtra Traditione, quæ ſic refert: *cùm Paulus Apoſtulus eſſet in Calabria in Ciuitate Rhegij euangelizans omni Creature Euangelium Dei, fuit vocatus mirabili deuotione à Populo Meſſanenſi, quid mirum; ſi Meſſanenſes ad duas Pauli conciones Chriſto collaſubdunt, qui mirabili deuotione eius fama commoti ad ſe aduocant; lignum ab igne loginquo calorem concipit; à propinquo flammam; ita Meſſanenſes Pauli abſentis prædicatione, miraculiſque excitos, non fuit difficile ad illius præſentiam igne, quo ille ſagrabat, accendi, & ad Virginem Deiparam ornare legationem. ergo non leues corde Meſſanenſes, quia non cito crediderunt: neq; verò, ſi cito credidiſſent, fuiſſet alienum ab efficacia Spiritus diuini, qui in Paulo loquebatur: ſane de Pauli efficacia in cōcionando clariffimū exemplum habes, & noſtræ Traditioni ad ſimile Act. 17 vbi dicitur, quod Theſſalonice illo per tria ſabbata Chriſtum euangelizante magna incolarum, gentiliūq; multitudo, & mulieres nobiles non pauca in Chriſtum crediderunt, gentiles autem cupidos fuiſſe Paulum audiendi iterum, vbi ſemel illum audiſſent, illuſtris eſt locus in Actis Apoſt. cap. xiii. nam prædicante Paulo Antiochie die quodam ſabbati, rogatus eſt vtique à gentilibus, vt expreſſe habent græca exemplaria, ad dicendum die ſequenti; quo facto magna gentium acceſſio facta ad Fidem, & ſi non fuit Ariſtarcho*

Aristarcho otium euoluendi sacras historias, legat, quæ de Saturnino à S. Petro in Hispaniam misso scribunt auctores apud Bozium, de signis eccles. libr. 4. c. 2., cuius, opera septem dierum spatio hominum quadraginta millia ad Christum conuersi sunt. Legat quod de eodem Paulo apud Metaphrastem habetur in vita Pauli, cuius prædicatione conuersis ad fidem Xantippa, & Probo omnes, qui illam Hispaniæ regionem habitabant, in Christum crediderunt; discatq; Spiritus Sancti efficaciam in suis organa venerari. Præterea nec quia in traditione de duplici Pauli concione per duos continentes dies habita fit mentio, idcirco negatur vel longiore tempore Messanæ illum constitisse, vel bis tantum publicè dixisse ad Populum sed biduanæ concionis facta fortassis commemoratio, ut ratio redderetur destinandi legatos ad Virginem, de qua integram instituisse concionem credendus est, ubi de Filij Dei Incarnatione à Matre Virgine diseruit. Quid igitur admiratur Aristarchus in prædicatione Messanensi, quid factum non putat credibile, si factum sæpius à Paulo, vel ipsa scriptura testante? De legatione ad Virginem nil facilius creditu, si legas ex L. Dextro, & Ignatio, & alijs flagrans desiderium Christianorum visendæ tam magnæ Dei Matris. Quod vero probabile admodum fuerit Paulum cum legatis Messana discessisse, vel ipsius Pauli verbis conuinci potest; qui Corinthiorum legatis se socium itineris offert 1. cor. 4. *cum autem presens fuero, quos probaueritis per epistolas, hos mitam perferre gratiã; quod si dignum fuerit, ut ego eam, mecum ibunt; Da non dico amicum, sed tantum non inimicum, & dicet testimonia nostra credibilia facta nimis. Verum Aristarcho coniecturarum aduersarum non hic finis, adhuc pungit illum*

M O D E S T I A V I R G I N I S

Obiectio V.

C A P. VI.

**A** Lienum, inquit ille, à Virginis humillimæ modestia Virginem se, & Dei Matrem appellare, regiamq; Davidis, Iudæque stirpem iactare, tum alia, quæ superbos spiritus sapiunt. in suam sententiam auxiliarem sibi manum euocat, & hinc nomine vulgus; sed illi Principem virum Ducem facere conatur inde ad manus, &

Q 2

arma

arma N. Ducem, ſic ille, Siciliæ Proregem virum ſapientem, præſtan-  
 tiq; iudicio dicere memini, epistolam, cum de ea ſermonem haberet, Vir-  
 ginis ſpiritum non ſapere; nam procul ab eius ſanctitate, & modestia  
 predicare ſe Virginem, appellare ſe Matrem Dei, quæ ancillam Domini  
 ſe dixerat; quæ Dei Mater appellata, ab laudata à cognata. Elifabetta ad  
 Deum, Dei quæ laudes attingit. Quorſum illa à Virgine uſurpata,  
 ex Tribu Iuda, ſtirpe David? quò nam pertinet commemoratio Tri-  
 bus, ac generis? quò Regie Stirpis? inſonia hæc, & Regibus ſolita Dei Ma-  
 ter tranſmiſiſſet. Quid illa? (Filium noſtrum Dei genitum Deum, & ha-  
 minem fatemini) & (anno filij noſtri) hæceſſant hæc à modestia Sanctæ  
 Matris. Obſervatum eſt à quibuſdam nihil commoveri ſe ad pietatem  
 cum epistolam hæc legerent. Quòd manifeſtum indicium abhorre-  
 re à modestia, & Spiritu Virginis. Hæc ſunt Ariſtarchi criminationes,  
 quas haud video meliore, modestioreque poſſe ratione elui, atque  
 purgari, quæ oftendendo, non id alienum à more, modestiaq; Vir-  
 ginis, idq; de ſanctiſſimorum, doctiſſimorumq; hominum ſenſu, non  
 aulicorum, qui percipiendi, quæ Dei, quæ Virginis ſpiritus ſunt, pa-  
 latum aptum non habent; & ſtultitia eſt illis iuxta Apoſtolum, hæc  
 hoc auſint: quibus, ut cum Satyrice dicam, potiùs ſapere cum pi-  
 pere venit, quam cum literis, & eruditione; ſed priùs aduerto eadẽ  
 ferẽ uſos argumentatione hæreticos: Neſtbr: ut eſt in Conc. Ephēſiæ  
 I. & Calced: Act. 5. qui Virginem nec dici debere; nec elle  
 contendebant ex eo, quod illa ſuam potiùs <sup>reſponſum</sup> ad cognatæ  
 laudes prædicarit, & humilem Domini ancillam, cum Dei Mater  
 ab Angelo ſalutaretur, ſe dixerit, quam Matrem Dei; nec Chri-  
 ſtus alio, niſi communis mulieris nomine tam nuncuparit in Nup-  
 tijs, in Cruce. Hæreticis Chriſti teſtimonio abutentibus multò iam  
 ante reſponderat Epiphanius hæc. 79. prophético Chriſti Spiritu  
 factum, ut Virgo, Dei Mater, numquam in ſcripturis diceretur;  
 ne ignavi aliquando mortales Deam illam, non mortalem homi-  
 nem natam putarent, quæ fuit Collyridianorum hæreſis. Tanta  
 præterea erat in Virgine ex diuturno diuini Verbi contactu, atq;  
 contubernio maietas, & dignitas oris, ut diuinum quid oculis ſpi-  
 raret, Filio ſimilis per omnia; & niſi præcaueremur, periculum  
 erat, ne qui de facie illam eſſent conſpecturi (ut Aſeopagitæ Dio-  
 nyſio accidit) tamquam rem diuinam, & hominem ſupra ſuſpice-  
 rent. Ad argumentum ex ore Virginis deſumptum, non tam nomen  
 Dei Matris auerſantis, quam Deum ob tanti nominis clara cum  
 laude

Porſ.

Conc. ephēſ.  
 & Calced.  
 act. 5. ſexta  
 ſynod. act. 4.  
 & 11.

laude notitiam magnificantis, Respondent alij coram Deo id facere Virginem, cum se vilem, & abiectam ancillam agnoscat; ad homines vero, qui se beatam, hoc est Dei Matrem dicturi essent, non fas erat se, & Dei Matrem, & Dominam dissimulare exemplo Filij, qui Dei nomen à Petro sibi datum libenter accepit; interrogatus item an Filius Dei esset à Pontifice tū, cū humilitatis exēplum nobis est factus, spontē professus est. Quid? quod prudentissima Virgo, teste D. August., Bernar., Idelph., Bonau., D. Thom., Orig., Rupert., Beda, Vgoac de Sancto Victore, & alijs, non tam hūc suam vilitatem, quā humilitatis virtutem in se a deo respectam agnouit, ac prædicauit? neque enim periculum superbe de se sentiendū in humili Virgine, humiliatisque magistra, in qua maximè enituit ex Ambrosio, & Bernardo humilitas honorata; Et si rara hæc virtus in alijs. Iam vero cognosce in illa magnam in honoribus animi Virginalis demissionē, & modestiam; vt vere possit dici (quod de Luna dixit Plinius) humilis, & excelsa; se Dei parētem appellat, quid excelsius? tum humillimam Christi Crucifixi Matrem; quid humilius? Haftenus de hereticorum stultitia.

Sed, vt propius rem attingamus, quid magis in loco apud gentiles recēs in fide natos, qui nec dū in christianæ humilitatis schola profecissent; qui nec nisi magnis Regibus, ac Dijs deferre magnificos titulos nouissent (quippe è sybillinis fortasse oraculis, Deus de Virgine hebræa, & regali de stirpe venturum hausissent, tum ab Apostolo id didicissent) & qui fortassis etiam eiusmodi titulis illā per epistolam, & legatos cohonestassent; quid, inquam, magis in loco, si prudentissima Virgo vsa iisdem, quibus salutabatur titulis à Messanensibus, Messanenses salutasset? eamq; se illis exhiberet in epistola, qualis in eorum animis erat? ne scilicet credulam nouitiorum fidelium falleret pietatem, qui se, vt talem venerabantur; nec sybillarum, aut Apostolorum euacuaret fidem, qui se vt talem prædicabant; nam hi, vt supra docuimus ex Idiota, & Gatrio quoties Deum carnem assumpsisse, & natum fuisse denunciabant, Virginem eius Matrem necessario fuisse demonstrabant, & cur non sicut olim Christus se Dominum, hoc est Deum, vt fert communis PP. sensus, non ab Apostolis modo, sed ab ipsis populis iure diu affirmabat; cur, inquam, non iure poterat Christi parens Messanensibus dicere; vos vocatis me Dei Matrem, Virginem, & regia, sacerdotali que progenitam stirpe, & bene dicitis; Iam etenim. *Virgo, posthym filia,*

ex

ex Tribu Iuda, stirpe David, Deiq; Mater, maximè quod eo tempore, vt refert S. Ignat. ad Ioannem de Christi Matre scribens, ea mirum ab omnibus magnificabatur, cum à scribis, & Pbariseis ei detraberetur, & cui tamquam Matri Dei honor ab omnibus exhibebatur, vt habet antiquus auctor Anonymus apud Metaphrastem. si hæc, aliaue, quæ nos latent argumenta, Virginis animum perpulerint ad hoc agendum, quod valdè probabile, dic sodes, Aristarcho, quid contra illius modestiam? quid contra prudentiam, aut charitatem? quid contra morem denique? potuit Martyr Ignatius circa ea tempora Romanos tot insolentibus titulis salutare? potuit Apostolus Paulus de se magnificè dicere Roman. c. 1. se Christi Apostolum à Deo vocatum, segregatum in Euangelium Dei? & ad Phil. c. 3. suam carnis nobilitatem profiteri; seq; ex genere Israhel de tribu Benjamin, de lege Pharisæorum, vt iam vidimus, iactare; non potuit Virgo omnium Magistra? quæ honoris promissa putanda, cum licuit; conda, cum non licuit? an superbix, aut instantix periculum in humilitatis Magistra timendum erat? sed quam non solida hæc Aristarchi coniectura, adhuc demonstra. quid alienius à modestia Virginis, quod se de regia stirpe ortam, quod Virginem, quod Dei Matrem dixerit, an potius quod se Lucæ in tela viuens ipsa, spiransq; effingendam permiserit? prob' quantum hoc ad illud deberet offendere delicatulas aures: apertis tamen id verbis insinuat Nicephorus lib. 5. c. 14. ipse suis manibus depinxit (hoc est Lucas Virginem) illa adhuc viuente, & tabulam ipsam vidente, gratiamque adeò illi formæ suæ immittente: rem confirmat Auctor græcus ex M. S. bibliothecæ vaticanæ, qui de virginea imagine, quam Sanctus Lucas depinxit, sic loquitur. *adeò spirantem, & parum non viuam exemplarem Dominam expressit: Talem igitur imaginem cum composuisset S. Lucas, eam affert Deiparæ, ipsa verò oculos in eam coniiciens, iterum vaticinatur, seu proprij vaticinij remiuisitur; & quam edidit vocem in principio admirandi partus, banc etiam num in admirabilem Imaginis picturam religiose simul, ac remisse protulit: en rursus, inquit, beatam me dicent omnes generationes: Hactenus græcus auctor apud Abbatem Paulum de Angelis tract. de basilica S. M. maioris lib. 12. c. 3., consentit Patriarchæ Tiepolus apud Felicem Astulphum de Imag. Virg. lib. 1. fol. 6. & ea ussam reddit: tãta scilicet erat Virginis apud omnes fama, tamque ardens eius visendæ desiderium, vt quæ prophético pollebat*

*Auct. Anonym. apud Metaph. & refertur in biblioth. infest. Nat. V.*

*Apud Paul de Angelis.*

spiritu, amoreque in omnes tenero ferebatur, non aliter melius absentium desiderijs fieri posse satis videbat, quam per sui imagines; quare non sine miraculo, & ope Angelorum, quotquot reperiuntur, à S. Luca efformari potuisse credendum est. ità non sine probabili coniectura sentit citatus Astulphus; quin addit in aspidis veneno calamum intingere, qui alienum hoc à spiritu, modestiaque Virginis fuisse putauerit. quid? quod eodem Nicephoro scriptore Persarum Rex, misso ad Christum Dominum Pictore, Matrem vnà cū Filio in telam depinxisse fama publica tunc temporis ferebatur. Quæ cum ità sint; duplici nomine felix Messana, & quia Virginis epistola ab ipsa scripta, & quia Virginis imagine à S. Luca depicta diues sit. In hoc distare aiunt epistolà à depicta tela, quòd hæc sit imago corporis, illa mētis, & animi, scilicet totam se Messanēsis videndā exhibere voluit Virgo amantissima, & animo, & corpore.

*Apud Sane-  
Flarell. in  
vit. Chris. c.  
16, num. 8.*

Redeo ad filium disputationis, & aio minimè debere videri abs re, & à modestia Virginis, quod se Virginem Dei Matrem, & regia de stirpe in epistola ad Messanenses nuncuparit. siquidem sibi adhuc viuenti inter mortales templum erigi, sacra offerri, suoque nomini litari non tantum permisit, sed etiam mandauit; quod neque contra modestiam, neque ingenium eius humile fuisse ostendit Gaspar Sancier cum de Iacobo Maior. tract. c. 8. Nam vt mittam duplex templum in India Orientali exstructum, alterum Cranganori ab vno e tribus Magis, qui Stella Duce, ad Præsepe Deum Hominem, Deique Matrem adorauere; alterum Calcutij, de quibus Hieronymus, Olorius, Episcopus Agabriensis libr. 1. de rebus gestis Emmanuelis Regis, & alij, vt etiam aliud in Actiopia à Regina Candace constructum sileam, cuius eunuchum Philippus Diaconus baptizauit Act. 8. de quo Franciscus Alvarez apud Carthag. de B. V. lib. 18. hom. 7. Sanè celebris est memoria Cesar Augustani templi iussu eiusdem Virginis adhuc viuentis excitati: eius rei historiam fuse narrat Petrus Antonius Beuterus in Cron. hispan. c. 23. tum alij multi, & restatur Callistus Pontifex eo nomine 32 in quodam diplomate dato anno 1456. vbi ait *capellam illam eius Ecclesie de mandato Dei Genitricis per B. Iacobum fabricatam nuncupari cameram Angelicam Dei genitricis de pilari.* Ad extremum inter ea templa, quæ Virgini viuenti dicata feruntur, Domum Lauretam Apostolus magno honore coluisse, rem diuinam ubique fecisse se refert noster Horatius Tostellinus lib. 1. c. 3. hist. lauret. ex reuolu-  
lacione

latione eiſdem Virginis . Cur id factum quis auſit diſquirere  
curioſius, aut audacius impugnare? indignum diuina conſilia de  
noſtris velle metiri; multò magis de iudicio hominum vulgariũ,  
& non potius ſanctorum, doctorumq; virorum ſenſu ſtatuerẽ .  
Miror itaq; Ariſtarchum tantum hac in re retribuiſſe viro Princi-  
pi, neque quæ Dei ſunt, multum callenti, quamquam prudentia  
fortaſſe carnis prædito, vt pro ſuo Apolline ad diuinandum de  
ſenſu, deque Spiritu Virginis haberet. Ego res diuinas non niſi à  
diuinis, vt ità dicam, viris examinandas puto, non à prophanis :  
Audi Gregorium Nazianzenum, & vetuſtate, & ſanctitate, &  
doctrina venerandum, niſi mauiſ Apollinarem doctum æque, ac  
grauem auctorem, in tragædia, quæ inſcribitur Chriſtus patiens,  
vbi *τὸ εὐσεβὲς* ſiue decorum, ſeu in perſonis, ſeu in verbis maxime  
commendatum volunt artis poëtice præceptores cum Ariſtotile,  
non indecorum putat à Virgine eam ſe Dei Matrem apud ſuos  
appellantem introducere, ità Chorus Virginum ad Virginem.

In Retho-  
ricis.

*O Virgo, formæ quæ nitore ceteras*

*Præis; puella nobilis, quæ baiulans* . . . . .

*Infantem in utero ( vt tu refers ) tuo Deum ,*

*T beſaurum eodem baiulaſti maximum.*

vt cap. ſeq.  
refertur.

Porro (tu iſte verbis vrgeo Ariſtarche) non alio nomine ſe quiſ-  
que appellat, quàm quo ab aliis appellatur . Vides ex Gregorio  
Dei Matrem pro Virgine haberi à ludæis, & ipſam ſe Dei Matrẽ  
fateri apud illos, ergo fas eſt ſuſpicari nõ abs modèſtia, & more  
Virginis fuiſſe . vt ſe & Virginem, & Dei Matrem, cum opus ef-  
ſet, appellarit: negat Ariſtarchus hoc ferendum fretus aulici ho-  
minis auctoritate; cui plus ſtandum? Ariſtarcho? an Gregorio?  
homini profano, & aulico? an viro ſanctitate claro? indocto? an  
docto? non alium niſi Ariſtarchum huius litis arbitrum volo; &  
ſi iſt recuſet, inimici noſtri ipſi ſint iudices . De ſenſu eorum, quos  
tacito nomine refert Ariſtarchus, aientium ſe nihil ad pietatem  
commoueri, dum noſtram epiſtolam legerent, non eſt valdè la-  
borandum, vt inquiremus, qui namq; ſint; cuius fidei, & auctori-  
tatis; quo tandem affectu in Meſſanenſes affecti; cum & nos alios  
contra dare poſſimus non ex triuio doctos, aut obſcuros, & ſine  
nomine, ſed doctos, pios, & inter Italiz Vrbes à ſacro dicẽdi mu-  
nere nominatiſſimos ex omni ferè Religioſorum familia, Montol-  
mos, Aqua pendentes, Collinos, Ordeos, Almos, Coppones, Cam-  
panas,

panas, Reinas, Albritios, Orimbello, sexcentosq; alios, qui Messanense rostrum eloquentia, doctrina, & in Deiparam Virginem pietate continent serie cohonestarunt; quiq; ex diametro oppositum affirmant. sed in presentia nobis satis sit incorruptum, integrumque scriptorum iudicium L. Dextri, Petri Canisij, Felicis Astulphi, Petri Odescalchi, quos supra recensuimus; quieam epistolam nunc dulcem, nunc suauissimam, nunc Marianæ charitatis symbolum, nunc utilissimis, sanctissimisq; refertam monitis prædicant. quid non graue, & decens, ut iam ostendimus in salutatione? quid non pium, & dulce, & dignum tantæ Matris charitate in ipso penitenti epistolæ? maxime in illis verbis, *ob quod vos, & ipsam Ciuitatem benedicimus, cuius perpetuam protectricem nos esse volumus*: sed de hac re satis. nos ad alia pergamus, quia Aristarchum adhuc exagitant non seruati

MORES TEMPORUM, AC GENTIS

Obiectio VI.

CAP. VII.

**E**T contra mores temporum, ac gentis hebrææ, & contra verum, initium, clausulamq; epistolæ peccare contendit Aristarchus, in quibus noui inducti mores, non seruati veteres. sed ne nimis in longum hanc disputationem trahamus, ad certa quædam capita eam reuocando secemur; & prius de exordio, deinde de clausula, tum de concordia lunc, dñi, indictionis, & feriz, nec non de aliqua de subscriptione adtexemus.

EXAMINATVR PRÆELOQVIUM;

seu salutio epistolæ; an aliquid contra morem temporis, & gentis concenseat.

CAP. VIII.

**I**N Exordio, inquit Aristarchus, prima verba sunt (Maria Virgo Ioachim Filia) id primum contra morem temporis, gentisque. neque enim tum Iudæe mulieres a parentibus, sed a patris cognominabantur, ut Maria Iacobæ apud Matth. c. 17. Marc. c. 15. Maria Cleopæ apud Io. c.

29. intendum à filijs, ut Ioseph Mater Mar. c. 19. cedo igitur cur Maria dicta à Patre Ioachim filia? cur non ab Anna Matre? cur non ab utroque, s' à parentibus dicenda? seu potius à Sponso Maria Ioseph, relictus à Filio Maria Iesu, à quo indutum peris agiographa cognomentum Io. c. 19. Ep. c. 1. 29. Maria Iesu à Sancto Ignatio legitime dicta, neque aliter dicenda, itaque S. Thoma. 3. parte quest. 28. ar. 3. ad 6. obseruat Mariam Virgineam, non nisi à Filio ob dignitatem sui nominatam. Porro non alio nomine se quisque appellat, quam quo ab alijs appellatur; Igitur B. Virgini, Maria Iesu scribendum fuit, quo nomine à cunctis appellabatur: quod enim Ioannes, Lucas, Ignatius Mariam Iesu nominant, argumentum est, quod in eam temporis esset usus, vulgoq; Maria Iesu appellaretur. Quam rectè, quamq; solide de appellatione hebræarum mulierum à viris, à filijs, non à parentibus scripserit Aristarchus, non video, nec videbit quis quis sacros libros, vel à limine salutarit. Certè mares passim in scriptura à parentibus dicti, cur non femine? quando id quoq; moris sacre litteræ planissime conuincant? nam & Iudith filia Merari non à viro Manasse dicta Iud. c. 8. Michol filia Saul, etiam postquam nupta David 1. Reg. 18., 2. Reg. 6., & passim non alio videas eam cognomine dictam, nisi à Patre Saul. Ahi Mater Ezechie Regis dicitur Zacharie 4. reg. 18. Michai, qua fuit Mater Abie Regis Iuda; dicitur etiam filia Vrield de Gabaa 2. Paralip. 13. Respha filia Aia 2. Reg. 21. est hæc filia Abihail Eth. c. 2. & 9. Si ad nouam scripturam, & Euangelij tempus pronocet Aristarchus frustra est, quando prophetissa Anna Luc. 2. dicitur filia Phanuel; & Maria Zebedei vxor, nunc Mater Filiorum Zebedei Matth. 27. nunc Maria Salome Luc. ix. à Patre Salome, vt auctor est Hugo Card. & alij. Sed eò sædius labitur Aristarchus, quo suo se iugulat ferro, dum Mariam Cleophæ Io. 19. à virò non à parente nomen accepisse existimat; cum vir eius Alphæus potius fuisse à scriptura deducatur, quam Cleophæ; erat enim Mater Iacobi, & Iosetis Iacobus autem Alphæi Filius dicitur ad distinctionem Iacobi; filij Zebedei; Cleopham autem fuisse istius Mariæ parentem, Alphæum virum. (ne quis dicat vnum, eundemq; fuisse Cleopham, & Alphæum) tenent viri doctissimi Theophilaet. in Matth. c. 27. Michael Palacios in Io. c. 1. Per. de natal. in Catal. SS lib 6. c. 139. D. Anton. 2. par. hist. Magist. hist. Scholast. c. 47., Lodolphus in vita Christi c. 5., Ekius. Io. Gerson, Hugo Card, Glossa, Maldonatus

Apud Mat.  
donat. in c. 1  
Io. n. 5.

natus in c. 12. Matth. n. 46, & alij. Hieronymus in hanc sententiam inclinatur, putatq; non esse alienum à more gentis hebræas mulieres à parente nuncupari. sic ille lib. aduers. Eluid: *restat conclusio, ut Maria ista, que Jacobi Minoris scribitur Mater, fuerit uxor Alpei, & Soror Maria Matris Domini, quam Mariam Cleopha Ioannes Euangelista cognominat siue à patre, siue à gentilitate familie, & cet.* an non satis vnus Hieronymus ad reuincendam Aristarchi vel oscitantiam, vel inscitiam. adhuc ille parata tollit cornua, & ab humo, in qua foede lapsus, vires sumit, instatq;

*Adde contra mores temporum esse congestos titulos ex parentibus, filio, auis, atuisq; prisci mores, & integri non ferunt hanc molem titulorum in epistolis. habes epistolas Apostolorum Petri, & Pauli, Ioannis, Iacobi, Iuda ad Ecclesias, nibil tale in illis reperias. sed B. Virgo modestie Magistra modestius scripsisset. Non fuisse contra Virginis modestiam, & humilitatem, quod se, & Virginem, & Dei parentem, & regia de stirpe dixerit, satis in superioribus ostendimus, siue ex ratione, & coniecturis, siue ex auctoritate, & sensu aliorum: nunc neq; id contra temporum morem fuisse ostendamus. & primum, si Aristarchus omninò alienum putat ab hebræorum more morem hunc, omninò fallitur. nam & Mardocheus Esth. 2. dicitur fuisse Filius Iain, de stirpe Iemini; & Anna Luc. 1. Filia Phanuel de tribu Aser; non infrequens hæc nomenclatura apud hebræos. Audi Apostolum Paulum quemadmodum de se scribat ad Rom. c. 11. *Ego Israelita sum ex semine Abraham, de Tribu Benjamin;* & ad Philip c. 3. suam profapiam glorianter effert *si quis alius videtur confidere in carne, ergo magis; circumcissus octauo die, ex genere Israël, de tribu Benjamin, hebræus ex hebræis, secundum legem pharisæus.* Ecce Paulum Apostolum in suis epistolis titulorum congeriem ab auis, ab atuis, à gente, à tribu, à professione, sine periculo aut superbie, aut lactantie vsurpantem; est causa; quam obrem id impune faciat Apostolus; & si faciat Apostolorum Magistra, erit alienum ab vna Virginali modestia? non opinor. At his vt titulis in ipsa fronte epistolarum, hoc contra morem fortassis est Aristarcho. sed hoc est diuinare, & exemplo paucarum epistolarum rem epistolioam, que tam late patet ad vnum modum exigere. Neq; video, vt supra tetigi, si Messanensis à Paulo edocti, ijs Dei Matrem tantis ob honestarint scribendo, quid illa contra morem, aut modestiam peccauerit, si eisdem sit vsa rescribendo. Vidi*

mus etiam quibus se exornet magnificis titulis in salutatione Paulus Apostolus scribens ad Romanos, à quibus abstant ceteri Apostoli; vidimus rursus quàm noua, insolentiq; salutatione exornet eosdem Romanos Ignatius in Exordio Epistolæ, quæ nullus alius Apostolicorum virorum vsus. frigidum omnino, & temerarium esset reprehendere aut Paulum, aut Ignatium; aut de earum Epistolarum veritate dubitare, quod contra morem eius temporis iuerit vel hic, vel ille. Cauillare hoc modo potes Aristarche exemplo paucarum Epistolarum sacras epistolas omnes, in quibus tamen magnam quoque in modo salutandi varietatem licet aduersere; sed frustra. nam vbi noua causa, nouo scribendi, salutandiq; more vsi, non nouum; nec continuo contra morem est, quod de more non est; cum is mos sit in re epistolica vti non vti more, & epistolam esse liberam, nec certis, perpetuisq; legibus adstringi clement eius rei præceptores. rectè igitur cum doctissimo Salmerone statuimus, ex salutationum epistolicarum varietate, posse sine vilo præiudicio eiusmodi titulos supprimi, tribuere, si ita ex charitate, aliaue ex causa expediat. Verum de hoc argumento late egimus supra, illò Aristarchum remittimus; nos actum non agamus.

Ex Simone  
Verepæo de  
vte epist. lib.  
2. in fine.

Est, & aliquid aliud, quod in exordio, salutationeque epistolæ Aristarcho haud probatur. *Preterea, inquit, verba illa, salutemque Dei Patris Omnipotentis benedictionem, ex formulis pontificianis epistolarum videntur desumpta.* quid verò tandem hic carpit Aristarchus? salutem? an benedictionem? non solitas præmitti in salutatione apud hebræos. sed egregiè fallitur. Et quidem de voce salutis fuit error Erasmi, Lutheri, Osiandri, & alicuius etiam inter catholicos addubitantis de epistola Iacobi catholica, quod & in præloquio salutem prophano Romanorum more, non pacem de more hebræorum esset, sed illum renunciant sacre literæ non vno in loco, Esdræ lib. 1. cap. 4. Esther: c. 13. & 16. Machab. lib. 2. c. 1. vbi & salutem, & sanitatem Iudæi Iudæis præcantur: denique Acta Apost. c. 15. vbi *Apostoli, & seniores fratres, his qui sunt Antiochie, & Syria, & Cilicie fratribus ex gentibus salutem dicunt, non pacem.* Benedictionem pro pace, & salute præcari nec vsam nouitiam, nec alienam ab hebræa gente fuisse ostendit locus ille scripturæ signantissimus Ruth. 2. vbi Messores Ruth benedicendo salutant, *benedicite sibi Dominus tum.* Gen. 47. *qui benediciteis illi, & in-*

terrogatus ab eo, & paulo post, & benedicto Rege egressus est, foras. 1. Reg. 13. egressus est Saul obviam Samueli ad benedicens eum et nota- vit hunc morem Tertull. lib. 4. adversus Marcionem quæ est in- quit ille, inter vias benedictio, nisi mutua salutatio? vides igitur, & pacem, & salutem, & benedictionem communes esse hebræis sa- lutationum formulas. At dices, vox illa Dei Patris Omnipotentis, novitatem formularum epistolarum ecclesiasticarum sapit. esto: sed cur eam etiam non ad Apostolos ea tempora referamus? lega- simile quid apud Clementem Romanum Petri discipulum in epi- stola ac fideles, quæ sic habet, gratia vobis, & pax ab omnipotente Deo, & quidem M. S. græcum habet, & Dei omnipotentis bene- dictionem. Cavillare autem istarum vocum complexionem salutem, & Dei Patris omnipotentis benedictionem, yah puerilia sunt, & indigna, quæ ab homine docto afferatur in medium. an quis ea formula salutationis posterioribus passim videatur usurpata, seculis, ideo nunquam Apostolorum tempore in usu fuisse dica- mus? an non congruens Pater Matris salutio Filij benedicere? sed demus Matrem Sanctissimam, ut Apostoli ceteri, gratiam, & pacem à Deo Patre Messanenibus optasse in epistola, inten- pretem verò, quis quis ille fuerit, pro pace salutem, pro gratia Dei benedictionem de mora Ecclesiæ restitit vertille, per quam omnia nobis tam animi, quam corporis bona descendunt, iuxta Psalmistam Psal. 127. Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Jerusalem omnibus diebus vite tue, maxima cum pax, quod est, benedicere, pro vobis id est, gratiam precari apud sacros scriptores non semel usurpetur, ut notavit doctissi- mus Io. Maldonatus in cap. 24. Matth. an. 19. & in c. 26. num. 26. quid hoc habet absurdi? an interpretis eruditio, aut potius nostra ineruditio veritatis pietatisq; obesse debet? Hæc in epistola, Exordio, & salutatione Aristarcho anti-

Clem. Rom. initio Apo. constit.

quam verè, quam solidè iam perspeximus. Alia  
 habet, quæ contra morem, & contra usum  
 rum in clausula opponat hominibus  
 nem audiamus.

EXA.

EXA.

## EXAMINATUR CLAVSULA EPISTOLAE

An ea aliquid contra morem, & contra  
verum habeat.

## CAP. IX.

**M**ultum inquit, malus negotium fâcesse extrema Epistola, ac formula claudende. (Anno Filij nostri xlii., Indict. 1., 3., Nonas Junij., Luna xxvii., Feria v., ex Ierosolymis) quid Virgini hebraeae more patrio scribenti cum Indictionibus, Nonis, Junio mense, Ferijsq; Romanorum vocabula, & inuentae neq; hebrais usus tum fuit claudendi Epistolas nota ulla temporum, anni, mensis, diei, luna, feria, notum ex epistolis sacris Petri, Pauli, Jacobi, Ioannis, Iude. Iam verò quos in hijs verbis pugnantia si quot mores posteriorum temporum ad superiora retracti? sistamus ad tribunal veritatis, cunctaq; singillatim examine- mus. (Anno Filij nostri xlii.) in duobus fere verbis duo peccata, alterum contra morem, alterum contra verum. Primum manifestò contra morem temporum est & neque tum inductas usus consignandi acta Iesu Christi annis. quippe Chronologia ratio per Consules, & Imper. in Ecclesia diu retenta; quod erroribus abnoxia minus esset. id antiqua consilia nos docent, Pontificum, ac SS. Patrum epistole. Sero Anni à Christo Domino numerari ceperunt. Beda memorat in lib. de temporum ratione cap. 4. auctorem computandi annos à Christi exortu. Dionysium Abbatem & alios Romae fuisse, causa odium hominis impij. nam cum Greci à Diocletiano Principe annos numerarent, ne immanissimi Principis memoria sacris antecleretur, Dionysius vir maximè pius, latinèq; & graecè doctus, & fuisse Olymp. Cons. Imp. Indict., annos à Christo numerare cepit; id ab eo factum sub annum à Christi ortu 527. falsò igitur epistole affixis Christi annis, si non dum ceperat nos numerandi à Christo Domino. Ceterum annorum numerum contra verum esse mox ostendemus, cum de recta Chronologia pertractabimus.

Eodem peccato diu contra mores, & verum reperit ite adiecta Indictione 1. nam Indictionem apud hebraeos nullus usus, Romanorum enim inuentum fuit. neque tum apud Romanos ceperat. Indictionem enim quae dicta est sistema trium lustrorum quinquennialium, qui sunt anni xv. à Constantino Magno inductam Coss. Constantino 2. Licinio 2. docent graeci fasti fuit is annus Christi ecc. xlii. ad quem annum copiose

Baro.

Baronius de his edisseris. Quis igitur sciolus, Indictiones iam serò natas in epistolam instruit?

At, inquires, Indictiones iam inde ab Augusto capere. numquam probaueris. sed demus; aliunde te aggredior, & falsitatis arguo; quippò falsa est Indictio. etenim anno Christi xlii. mense Iunio, Indictio erat xv. nam ut tradit apud Bedam de temporum ratione c. 46. magnus ille Dionysius. Christus Dominus Indicti. iu. natus est, supra quam si annos, orbisque Indictionum numeraueris, planè inuenies in Annum Christi xlii. Iunio mense Indictionem xv. incidisse, constabitque ex regula inueniende Indictionis, quam leges apud Bedam. sed ad alia festino ineptè huc obstrusa, qualia sunt. luna xxvii. Feria v. quis excuset, que hic contra mores gentis dicta, & vero pugnantia? primum non is apud Hebræos mos numerandi dies à luna; Et si menses, ut à Calendis Romani, Hebræi à nascente luna, ut ait Sanctus Hieronymus, inceperint; à diebus tamen ordine percensebant, ut die primo, die secundo, tertio, & deinceps. Exempla ex Agiographis afferre superuacaneum est. Mos autem numerandi lunas cepit, cum Ecclesia Martyrologium induxit, factumque ut ex distinctione dierum lunaris, mensis, ac solaris quouis anno Paschatis dies peruestigaretur. ad doctissimum Baronium, notis in Martyrologium Rom ad Kal. Ianuarij.

Quod ad ferias attinet, contra morem huc inductæ, ipso enim exorsu Ecclesie, nihil ad hebræis variatum est in diebus hebdomada nominandis, septimus dies sabbatum, sextus Parasceue appellabatur, ceteri hebdomada dies ordine à sabbato censebatur, ut prima sabbati, 2., 3., iu., v., itaque dies, qua surrexit Dominus, prima sabbati, dicitur Matt. cap. 28. deinde dominicus dies illi nomen. Apocalyp. cap. i., & Ignat. epist. v. id sancitum ab Apostolis affirmat Aug. Serm. 251. de temp. Quod autem Ecclesie initij nondum ij mores ad Romanos emanassent, apud quos vetere instituto hebdomada dies à Planetis cognominabantur. Clem. Alex. libr. vii. Stromat. utramque loquendi rationem resinuit, & Christianos ait obseruasse ieiunium dierum quarti, & sexti, & illum quidem Mercurij, hunc Veneris. Quin Dominicus dies à Iustino extrema Apologia dies solis dictus. nominibus dein Deorum gentilium abolendis mutati mores, factumque ut hebdomada dies ordine, ac numero feriarum dicerentur, à latinis scriptoribus usurpari ceptas latinum vocabulum ostendit, Principem inductæ vocis Tertullianum, qui libr. aduersus phys. c. 2. stationes ait suos dies habere quartam feriam, & sextam; afferunt alij Tertulliano antiquiorem S. Ignatium Epist. ad Philippenses, in qua commendare

mendare dicunt idem ieiunium quarte, & sexte, ſed ea vox ſuppoſita ab interprete. in græco exemplari Ignatiano eſt Τετάρη, καὶ ἡμερᾶς αὐτῆς ἡμερῆς μαρε Iudaico idem peccatum à cæteris, qui græcos ſcriptores uerterunt. Demum S. Sylueſter Pontifex Max. ſtabilita Eccleſiæ diſciplina, primus induxiſt in morem, ut dominici diei, ac ſabbati antiquo nomine retento, reliqui à ferijs numerarentur. auctor Beda de rat. & temporum cap. 6. & de ſæporibus c. 4. Ex his cognosces, potuerit ne Bi. Virgo in epiſtola hebraice ſcripta uti latino uocabulo, latino mare, & mare poſteriorum temporum.

Nunc ad iudicium ueni te uoco; uera ne luna xxxvij. uera ne FERIA uſ. ſimò falſa luna falſa etiam feria; nam anno Chriſti xlii. 3. non. Iunij. erat luna Maij, id eſt dies ab exortu lune xx. iij. non enim hic ſermo de luna Iunij. menſis, quo nouilunium ſexto die contigit. Præterea in 3. non. Iunij anni xlii. incidit littera Dominicalis G. ut ex Clauij tabulis diſces, & in ſuo computo eccleſiaſtico doctiſſimus Maurolycus veſter docet. Igitur anno Chriſti xlii. 3. non. Iunij ne quidem feria u. ſed dominicus dies fuit.

Extremum addo fornicatam ſubſcribendi Epiſtolam, Nos Maria, &c. ſuſpectam eſſe, & ab auctuarijs hinc detortam. Dixerit quiſpiam initia, atq; extrema tamquam fascias epiſtolæ affurat ab ea, qui e Græco in latinum tranſtulit, proinde præcidendas eſſe; fieri enim poteſt, ut non aliud exordium fuerit, quàm de mare epiſtolæ adiecto nomine eius, quæ epiſtolam ſcripſit, & eorum, ad quas mittebatur cum præcatione ſalutis, hunc ferme in modum. (Maria Ieſu Meſſanenſibus ſalutem) clauſam, uero epiſtolam adſcripta Urbe Ieroſolymis, & quibus dabatur nec deerit, qui accipiat, quod ais. ſed ſi de partibus epiſtolæ dubitare ceperis, de epta epiſtola dubitauero, Proin non fascias modo præcidendas, ſed ueſtem concidendam dixerit quiſpiam, &c.

Lumbi ſedendo, oculiq; ſpectando dolent, ut comicus inquit, quàm bonus in umbra digladiator Ariſtarchus? quàm ſolers indagator moris antiqui? quàm amans ueritatis? utinam, & pietatis? ſed ſi ad lucem, arenamque ueniat, multa contra morem antiquum, multa & ipſe contra uerum, pietatemque protuliſſe conuincetur.

Et quidem alienum a pietate eſt uelle tam piam, tam ueterem traditionem accuſare falſitatis, quod non nulla ab aliena manu in epiſtolæ clauſula intruſa perſpiciat, quæ facili negotio poterat ab omni calumnia excuſare, ſi quid piæ affectionis in Ariſtarcho locum haberet. Videlicet, quæ contra morem uidentur (ut reuera

uera

vera cōtra morē hebręorum esse epistolis subscribere characteres anni, indictionisq; & fortassis etiā feriarum, cum Aristarcho sum) priuato alicuius viri docti labori adscribendo: quę contra verum (si tamen aliquid contra verum est, quod non facillē concesserim) vel amanuentium, vel temporis vitio tribuendo: nihil, vt dixi, frequentius, quā priuata glossemata, & notas marginales in libris, scriptisq; auctorum interferi, proque authenticis haberi, aut quid hoc verius, quā numeros arithmeticos scribendo, rescribendoq; in tantā vetustate, varietateq; temporum vitari? si hoc in marmoribus factum videmus, nec miramur, cur in fragili, tenuiq; papyro tam religiosē exigimus? multis id supra confecimus, cum de veritate, fideq; priuatarum traditionum ageremus; & vero per me salua sunt cętera, solūq; in clausula non tamquam falsa, sed de aliena manu suspecta habeo, indictionem, annum; id quod multa conuincunt, primum nouitius harum notarum in putandis temporibus vsus; deinde insolens, adfectataq; conglobatio anni: Indictionis, lunę; Calendarum, feriarumq;. Demum varians, & verior eius clausulę in antiquioribus Mss. lectio, quę pro anno Filij nostri habet: (Anno Filij eiusdem.) quis hic non agnoscit alienam farinam, cęcus est ab amore nimio; qui agnoscit, totamq; epistolam, traditionemq; falsam ex hoc probare studet, magis cęcus, quia ab odio, malęq; affecto animo, qui scilicet ex his temporis notis, (quas licet supposititias excusare poterat, vel aliquo pacto tueri, vt nos facimus) totam epistolam falsitatis arguere nititur; nec solum hoc, sed ipsam antiquam Traditionem, quę non repugnat esse veram, etiā si epistola sit facta, sicut nec ipsam epistolam, etiā si notę temporum sint suspectę. Sed iam quid in ignorantia moris antiqui, & veri vestigatione peccet Aristarchus ostendamus: *apud hebręos, ait, baud morem fuisse claudendi epistolas, nota illa temporum, anni, mensis, diei, lune, ferie,* multa hic falsa circa morem Hebręorum, & eum Virginis. Nam (vt mittamus de temporum putatione per annos Christi, & imperatorias indictiones; volens enim, libensq; vt dixi, & sine lite, sineq; pręiudicio veritatis, concedo Aristarcho quod vult in hac parte.) absolutē de anno, de luna, de calendis id asserere manifestus est error. Si quidem de anno luculentissimus locus est in lib. 2. Machab. cap. 1. vbi duplicis epistolę mentio fit, alterius scriptę. *regnante Demetrio anno centesimo sexagesimo nono alterius datę anno 188. in hęc ver-*

ba anno centefimo octogefimo octavo populus, qui eſt Ierofolymis, & eſt  
 in Iudea, Senatusq; & Iudas Ariſtobolo Magiſtro Ptolemæi Regis, qui  
 eſt de genere Chriſtorum Sacerdotum, & his qui in Aegypto ſunt, Iu-  
 deis ſalutem, & ſanctam. de Meſe, & die non minus illuſtre eſt  
 Martyris Ignatij, qui coævus Apoſtoliſ, Virginiq; fuit, testi-  
 monium in epiſtola ad Romanos, quæ data ix. Calend. Septembris  
 vt ſupra ad obiectionem ſecundam docuimus. Sed de luna mul-  
 to magis id credendum quando familiaris, & frequentiffimus He-  
 breis mos à luna meſes, menſiq; dies per cenſere, quod negat  
 ſed falſo Ariſtarchus aſſerens, vſum numerandi dies per lunam  
 nouitium fuiſſe, & non a ſicim ab Eccleſia Martyrologia ſcribi  
 cepta, cuiſq; ſententia ad ſcipulatorem facit doctiffimum Baro-  
 nium; & idetiam falſo. nam antiquiffimus hic mos, & apud prin-  
 cipuas ferè nationes; Hebreis ſcriptoribus non ignotus. Nec Bar-  
 ronius id docere potuit, qui oppoſitum docet. Et quidem Ro-  
 mani ſcriptores non ſolum huius moris meminere, ſed illum aliter  
 quando viſurare ſoliti. Varro de re ruſtica lib. 1. cap. 37. lunam  
 primam, & lunam extremam, primum, & extremum diem men-  
 ſis dixit. Plinius lib. 2. cap. 97. aqua eſt uſa tribus diebus conſiſte-  
 req; ſeptima, octaua, nona; luna, & lib. 3. c. 2. tradit natali luna  
 vigefima ſacrificari ſolent. De Grecis extant litteræ Athenien-  
 ſium apud Joſephum heb. lib. 4. antiquit. cap. 16. ſcriptæ ad Hie-  
 ranum Pontificem Hebreorum Panem meſis luna vigefima pri-  
 ma; eius verba ſunt: *Miſerunt ad vſum Decretum ſcriptum in hanc  
 ſententiam, ſub Iudice, & Sacerdote Demetrius & Selepiadis Panem meſis  
 ſis, luna vigefima, &c. quia dei Hebrei dubitet, apud quos meſes,  
 lunares in vſu?* Clariffimum id ſic et Eſdræ hiſtoria lib. 3. cap. 1.  
 vbi dicitur de Iofia Rege, quod *involuit phaſe quartadecima  
 luna primi meſis.* & ruruſum cap. 9. *egerunt filij Iſrael cum his qui  
 erant ex captiuitate illud Phaſe quartadecima luna meſis primi.*  
 mitto quod quotieſcumq; legimus apud auctores primam, menſis,  
 quintam, decimam, decimam tertiam, decimam quintam, vigeli-  
 mam, &c. commodè tam diem, quam lunam ſubintelligi ſine  
 præiudicio moris hebreæ gentis. meminit eius moris antiqui  
 S. Gaudentius Epiſcopus Brixienſis tract. in Exod. & confirmat  
 Card. Baronius in not. ad Martyrolog. Rom: ad Cal. Ianuarij.  
*Luna inquit Baronius in Martyrologio pro die ponitur, idq; à diuerſis  
 nationibus olim uſurpantur conſtat. ergo ponendi lunas pro diebus*

men-

mensis nec nouitius vsus, & omnium ferè gentium; nec tunc primum, cum in vsu inducta Martyrologia, idq; vel ex ipso Baronio, vides in tribus Aristarchi effatis tria peccata non dissimulanda. De more hucusque; deinceps de vero, an scilicet annus xlii. cum luna xxvii. quæ incidat in 3. Non. Mensis Iunij cum Indictione 1. cum feria v. conueniat, quod negat Aristarchus. Sed prius (quando notas anni, Indictionis, & fortassis etiam Ferialium, diximus valdè verosimiliter adiectas aliunde virginali epistolæ, deindeque tamquam à Virgineo calamo per errorem existimatas) quis eas adposuerit, qua mente, consilio; demum, quàm rectè, verèq; inuestigemus, erit operi merces. neque enim putandum est casu, sineque ratione, & iudicio id factum, quod enim Aduersarijs suspicionem facit de fictione epistolæ anni, indictionisque character, nec adeò antiquus eorum vsus; id verò mihi magis de veritate suspicionem ingerit. nam si quis audaculus in gratiam Messanensium, apud quos traditio Virginalis epistolæ extabat, eam de suo Marte coarctasset, artificiosus tam salutationem, quam clausulam epistolæ more, modoq; ad speciem modestiore, & de vsu vetere, sineque tot temporum notis, titulisq; exornasset. Igitur, vt ab auctoritate, & ab auctoris mente incipiam; si non Lascars, certè doctus aliquis vir is debuit esse, qui annum xlii. non alium apposuerit; & idem esto iudicium de Indictione. Neq; id sine aliqua magna ratione, quæ mihi duplex fuisse videtur. Prior, vt (si demus, quod non alienum à more, & quo Hebræorum diximus, Epistolam Virginis subnotatam luna, feriaq;) ex notioribus præsentis æui characteribus, anno Christi scilicet, & imperatoria indictione tempus scriptæ epistolæ palam fieret; tum in gratiam eorum, qui id ex se inuestigare nescirent; tum, vt magis recta temporum chronologia constaret, nec facile vitietur decursu temporum, conspirantibus inter se tot temporum notis, idq; ex Patrum Veterum decreto. Celebris est Canon ille, quem Nicæni Concilij fuisse affirmat Onuphrius, & ex Onuphrio recitat Dionysius Petauus lib. xi. de doctrina temporum cap. xl., ad quem videtur respexisse Auctor harum notarum; in eo Canone ita præcipitur: *vt singulis Episcoporum diplomatibus anni, Menses, dies, & quota sit indictio addatur.* quem morem amplexi sunt ætatis nostræ Chronologi in suis temporum tabulis, omnes retro ætates Chaldæorum, Ægyptiorum, Cesarumq; Aeras, per Cyclos Solis, &

Lunæ, per quæ annos Christi, & imperatorias indictiones, ac denique per ferias digerentes, sine quibus non facile constat Chronologiæ veritas; & Chronologi labor sæpè inutilis redditur. hinc periodus Iuliana apud Scaligerum de emendat. tempor. non alia absoluitur methodo imitatione Græcorum Auctorum, qui annos ab orbe condito numerantes horum <sup>Tuo quædam</sup> per eisdem illos Cyclos partiti solent. hanc eandem methodum secutus est Ioan. Mariana lib. de die mortis Christi, qui ab eius ortu ad hæc vsq; tempora continentes texuit tabulas per annos Christi, per indictiones, per lunas; per ferias, perq; Hebræorum, Christianorumq; Paschata; non quod ea omnia a Christo nato in vsu fuerint (quis enim id de Christianorum Paschate contendat?) Sed maioris certitudinis gratia posteriores temporum characteres ad superiores reuocati, quo magis alter ab altero firmitatem acciperet. hæc si auctorem anni, Indictionis, feriæq; in clausula Virginalis epistolæ, vt ea adponeret, permouere ratio potuit, quodnam veritati factum præiudicium? solum p. j, ignariq; rerum vulgi accusanda, seu potius excusanda credulitas, qui quæcumque pia pro veris habet, nescitq; aurum ab auricalcho, & Margaritum a vitro facile discernere.

Accipe, & aliam, quam nec minus germanam, & veriorem arbitror. voluit scilicet harum notarum auctor hac via, & veluti a posteriore investigare, quis annus Christi, quæq; indictio, probabiliter responderet datæ lunæ xxvii quæ incidat in 3. Non. Iunij, vt inde sibi, alijsque in promptu esset venari tempus, quo Paulus Apostolus in Siciliam primum venerit; semel enim quod ex data luna xxvii. quæ incidat in diem tertium Mensis Iunij emergit annus Christi quadragesimus secundus, liquidò constat Paulum ante eum annum Messanæ fuisse ad prædicandum Euangelium, si aliquid aliud non repugnet. quo Ariadnæ filo, quia nullus, quod sciam, hætenus est vsus (quamquam subodorasse videntur eruditus auctor Hispanus Thomas Tamaius, aliq; qui in epistola Virginali annum datum xlii. admisere) errare in eo aliquando, & cæcis labyrinthi vijs hædere necessum fuit. quæ res auctori laudem, non falsi suspicionem apud æquos piosq; Iudices creare debuerat. Et vero tamquam pro certo id habuisse doctissimum Mutium, cæterosq; qui in ea epistola euulganda nihil de clausulæ nouitate commoti sunt, mihi certò certius est. hæc pro responsio-

ne

ne ad Aristarchi obiecta satis dicta sunt, nec sine magna probabilitate. Nunc verò pro operis actuatio, maioremque nostrarum coniecturarum confirmatione restat, ut harum notarum inter se concordiam examinemus, componamusq; Annum quadragesimum secundum cum luna vigesima septima, quæ incidat in tertium diem mensis Iunij, deinde annum eundem cum indictione prima; quid autem de feria ? dicemus postremo loco.

OSTENDITUR EX DATA LVNA XXVII.

*ex dato die tertio Mensis Iunij optime haberi.*


*scriptam fuisse Deiparæ Epistolam*

*Anno Christi xlii.*

C A P. X.

**C**ertis aliquot positionibus sic rem demonstro. Prima sit, Coniunctionem solis, & lunæ in Zodiaco primi Mobilis anni xlii. seu nouilunium primi mēsis Hebræorum eo anno contigisse ad novum diem Martij hora 22. minutis 40. ut licet cognoscere ex subiectis tabulis, quas ex prutenicis Coperhici à Magistro resolutis confecit Cæsar Musarra Iuris, Astronomizque peritus; satiusque fuit arare in aliena vitula, & in alieno vestigio pedem ponere, quam in temporumputationibus examinandis, statuendisque vano labore lassari.

Eò maxime quod eiusmodi tabulas accurate examinatas super approbavit calculo Astronomiz peritissimus Athanasius Kirker Societatis Iesu, qui etiam quidquid inde a me deductum, & de notarum concordia disputatum, statutumq; est bene, congruenter questare, ut est vir candidis præditus moribus, candidè & aperteq; pronunciauit quantū de coniectatione nostra circa primum Pauli aduentum Messanam scripto fecere Maximilianus Sandeus, & Theophylus Raynaudus viri nostræ Societatis eruditissimi. Nec enim in rebus à nemine antea agitatæ, iuxta sapientum monitum, meo iudicio inniti volui.



PRIMA TABULA

S	P	I	II	III
3	26	20	23	46
I	5	55	45	37
5	25	59	31	55
	12	4	41	58
		21	47	38
II	10	42	20	54
I	18	36	6	14
2	12	53	35	7
7	7	56	30	4
	22	20	58	56
		40	38	9
0	2	27	48	30
6	21	8	43	50
5	18	7	31	20
5	18	25	7	55
	11	58	34	27
		21	46	30
6	10	1	44	2
		40	18	
6	10	2	2	2
		56	4	45
		5	1	
		56	5	45
II	11	38	26	39
	5	40	16	15
II	17	28	42	54

Radix Christi  
 Radix annorum completorum 41  
 Dies 9. mensis Martij communis  
 Hor. 22.  
 Min. 40.

Aequalis, seu medij motus lunæ

Radix Christi  
 Radix annorum completorum 41  
 Dies 9. mensis Martij  
 Hor. 22.  
 Min. 40.

Centri lunæ

Radix Christi  
 Radix annorum completorum 41  
 Dies 9. mensis Martij  
 Hor. 22.  
 Min. 40.

Anomalie seu argumenti ) medij

æquatio centri æquata addenda  
 anom. annua coæquata seu arg. verū  
 æquatio argumenti primo æquata  
 excessus addendus

Æquatio arg. ult. coæquata, & absoluta

Locus ) à prima arietis stella  
 Præcessio æquinoctiorum addenda

Locus lunæ in Zodiaco primi mobilis.

PRIMA TABULA

S	P	I	II	III					
9	2	2	20	39	Radix Christi				
II	9	28	58	3	Radix annorum completorum	41			
2	7	16	16	53	Dies 9. mensis Martij communis				
		54	12	30	Hor. 22.				
		1	38	34	Min. 40.				
II	9	28	17	39	Aequalis, seu medij motus solis				
5	6	40	26	59	Radix Christi				
0	4	18	3	50	Radix annorum completorum	41			
				19	Dies 9. mensis Martij	81			
				17	Hor. 21.				
				2	Min. 40.				
5	10	19	42	7	Anomalia Apogei excentrici solis				
7	1	11	31	29	Radix Christi				
II	29	11	29	40	Radix annorum completorum	41			
2	1	17	10	19	Dies 9. mensis Martij	11	22	11	
		54	12	30	Hor. 22.				
		1	38	34	Min. 40.				
9	10	19	18	18	Anomalia annua, seu argum. medij solis				
		17	38	18	Equatio centri correcta addenda				
		37	10	38	Anom. annua coequata, seu arg. verū				
		1	28	35	Equatio arg. primo aequata addenda				
		31	32	20	Excellus addendus	1	3		
		20	18	18	Aequatio arg. ult. coequata & absoluta				
II	17	48	18	39	Locus solis à prima arietis stella				
		40	16	19	Præcessio æquinocetiorum addenda				
					Locus solis in Zodiaco primi mobilis.				
11	19	28	14	34	Dies 10. mens. mart. princip. mens. nisan.				
*	22				Hebr. an. labente 42. post Christū natum				

PR-

SECUNDA TABULA

S	P	I	II	III	
9	2	2	20	39	Radix Chriſti
II	29	28	58	3	Radix annorum completorum 41
5	4	44	25	45	Dies 6. menſis Iunij anni communis
2	6	15	44	27	Aequalis, ſeu medius motus ſolis
0	6	40	26	59	Radix Chriſti
0	4	18	3	50	Radix annorum completorum 41
0	0	2	42	20	Dies 6. menſis Iunij
0	II	11	13	9	Anom. Apogei, vel centri mediſi ſolis
7	8	11	31	29	Radix Chriſti
II	29	11	29	40	Radix annorum completorum 41
5	4	44	14	46	Dies 6. menſis Iunij
0	5	7	15	55	Anomalia annua ſeu argum. mediſi ſolis
	1	14	57	8	æquat. centri cor. addenda arg. medio
	6	22	13	3	anom. annua coequata, vel arg. veſtigi
		11	54	10	æquatio arg. primo æquata
		3	1		exceſſus addendus
		14	55	10	Aquat. arg. ult. coequata, & abſol. ſubtr.
2	6	0	49	17	Locus ſolis à prima arietis ſtella
	5	40	18	1	Præceſſio æquinotiorum addenda
2	II	41	7	18	Locus ſolis in Zodiaco primi mobilis

SE.

SECUNDA TABULA

S	P	I	II	III	
3	26	20	23	46	Radix Christi
1	5	55	45	37	Radix annorum completorum 41
8	28	41	16	21	Dies 6. mensis Iunij anni communis
2	0	57	25	44	Aequalis, seu medius motus
1	18	36	6	14	Radix Christi
2	12	33	35	7	Radix annorum completorum 41
7	17	33	41	11	Dies 6. mensis Iunij
11	19	23	22	32	Centrum lunæ
6	21	8	43	50	Radix Christi
5	18	7	31	20	Radix annorum completorum 41
8	11	12	8	35	Dies 6. mensis Iunij
8	20	28	23	45	Anomalia, seu argument. medium lunæ
	2	53	43		æquat. centri æquata subtr. arg. medio
3	17	34	40	45	anom. annua coequata, seu arg. verū
4	53	15			æquatio arg. primo æquata
	1	56			excessus addendus
	4	55	41	0	Æquat. vit. coequata, & absol: addenda
2	5	53	6	44	Locus lunæ à prima arietis stella
	5	40	18	1	Præcessio æquinoctiorum addenda
2	11	33	24	45	Locus lunæ in Zodiaco primi mobilis

Secundo oportet adijcere ex Beda lib. de rat. temporum cap. lxi., & Cyrillo apud Paulum Theroſempronienſem prima par. lib. v. an. 403. ætatem lunæ numquam ſumi ab Alexandrinis ab ipſo conjunctionis puncto, ſed à die ſequenti, priore iam completo; quem etiam uſum ſuſcepit, tenetq; Eccleſia; atq; ita ſecundum communioſam Eccleſiæ, Alexandrinorumq; putationem prima luna menſis primi Hebræorum anni xlii. putabitur dies Martij decima poſt horam xxi.

Tertio cum lunatio quælibet integra conſtet diebus ſolidis xix., horis xii., minutis xlii., ſecundis iii., tertijs etiam ſere iii., ut docent Aſtronomi, facile erit uoluis lunationis initio inuento inueſtigare initia, medietates, ætatemq; ſequentium lunationum, iuxta cuiuslibet menſis diem. ſic ſtatuta luna primi menſis Hebræorum anni 42. ad diem x. Martij hora xxi., minutis xl. iuxta Eccleſiæ uſum; luna prima ſecundi menſis, ſeu Aprilis erit ad diem nonum circa horam duodecimam, luna item prima tertij menſis, ſeu Maij initium ſumet à die octauo eiſdem menſis, & ad diem ſextum Iunij paulò poſt meridiem abſoluetur (ut uidere eſt ex poſteriore tabula) quod etiam Ariſtarchus ſupponere uideatur. quæ cum ita ſint, ſi ordine retrogrado lunam xxvii. tertij menſis Hebræorum inuenire uelimus, uidebimus eam anno Chriſti 42. contigiffe ad diem tertium, ſeu quod idem eſt, ad iii. Nonas Iunij, quod erat probandum, etiam ipſo Ariſtarcho fatente, ſi ſibi conſtare uelit.

Poſtremo cum eandem lunationem non contingat redire ad eandem ſedem, niſi poſt Cyclum decemnouennalem, quamuis nec ita præciſè; anticipat enim ſere horam unam cum minutis uiginti ſeptem (quæ anticipatio eſt in cauſa, ut epactæ ex aureo numero deductæ deficientes ſint, & poſt orbem trecentorum annorum, & amplius unius diei ſubtractionis correctione indigeant) duo inde conſequatur. Primum minimè mirum uideri debet, ſi lunæ xxvii. occurrentis in diem 3. menſis Iunij anni xlii. non reſpondeat epactarum numerus, qui eo anno in tabulis paſchalibus xxv. prænotatur; cum potius ſic debuerit fuiſſe xx. Nam, ut iam dictum eſt, ea epactarum regula, quæ à calendarij auctoribus aſſertur, deficiens eſt, debetq; ſi res ad exactos caſus aſtronomicos perpendatur, poſt trecentos ſere annos una die corrigi. Quare ſi ex computatione epactarum ex Io: Lucido,

Uo; & Paulo Porosepromiensi anno 1313. ad regulas astronomicas calculata retrogrediendo post trecentos quosdam annos vñs eximas diem; facile apparebit circa annum Domini xlii. etatem epactarum fuisse xx., non xxv., numerus enim tercetenarius quinquies in mille quingentis quinquaginta annis ingreditur. Porro Tabulæ paschales calendarij sine hac correctione eduntur. neque epactarum inueniendarum regulæ eam admittunt.

Alterum, quod sequitur, est; quod cū luna xxvii. quæ eadat in diē tertiu Iunij, vt accidit anno xlii., ad minimū redire non possit, nisi post cyclum decem nouennalē, vt manifestū est, quo tempore aut Apostolus Paulus non poterat commodē Messanam adire; aut B. Virgo iam Cælum ascenderat, multaq; alia repugnant, vt consideranti patebit, sequitur, inquam, satis aptè, verèq; à luna xxvii. incidente in tertium diem mensis Iunij deduci anno Christi quadragesimo secūdo datam Virginis epistolam ad Messanenses; & quod inde consequens est, ante eum annum primum aduentum Pauli Apostoli Messanam reponendum, si nihil aliud obstat; nihil autem obstare supra docuimus. Nostræ sententiæ adherere videntur, vt dixi, Mutius, & ante Mutium Lascaris, tūm alij, qui datum in epistola annum non corrigendum putarunt. hæc satis de rei veritate, & de mente eius, qui Virginali epistolæ præter lunam, & diem mensis addere annos Christi, & indictionem putauit fore operæ pretium. Sed amabo te Aristarche, vnde nam colligis falsam lunam, si cum anno etiam ex tua confessione concordat? ais enim: *falsa luna, nam anno Christi xlii. 3. Iunij erat luna Maij, idest dies ab exortu lune xxvii. non enim hic sermo de luna Iunij mensis*: an quia nouilunium mensis Iunij contigit eo anno sexto die? an quod in epistola mentio fiat lunæ Iunij mensis, non Maij? sistamus parumper ad iudicium veri, quod nos vocas; & primum quis non videt ( si nouilunium eo anno mensis Iunij contigit ad diem sextum post meridiem, vt ipse concedis, & Tabulæ astronomicæ conuincunt ) lunam vigesimam septimam Maij ad diem tertium Iunij pertinere? deinde quis vquam dixit datam lunam fuisse Iunij mēsis, quamuis in Iuniū inciderit? Et si demus in epistolæ clausula de luna Iunij agi, nec tuā inscitiam obtegere, nec lunam erroris potes conuincere; etenim satis tritum est apud Astronomos lunam illi plerumque mensi tribui, quo absoluitur, non quo initium sumit. Lege Petauium

cit lib. de doct. tempor. cap. 3. quis hic non rideat scabrum  
in stupa, aut non rideat Thuletem in puteo, dum Astrologum  
agit, irideatq; Aristarchum incidisse in foveam, quam fecit?  
Sed transeamus ad anni Indictionisq; concordiam, in qua  
maior difficultas.

## CONCORDIA ANNI XLII.

*Cum Indictione 1. ubi aliquid de Fera.*

### C A P. XI.

**P**Utat Aristarchus peccatum quoque in Indictione tam cog-  
tra morem, quam contra verum, de more non moror; nec  
libet hic Indictionū origines, vsuq; quod multorū hactenus  
exercuit ingenia, retexere; quia non à virgineo calamo, vt dixi  
sam in epistola adiectam puto; quamquam non desunt graues  
auctores, qui Indictiones ab anno tertio ante Christum natum  
statuant; quod si concedas, leue est, & frigidum; quod addis non  
non fuisse de more hebræorum notare epistolas per Indictiones,  
quid tum? si Hebræi Indictionibus non vterentur, satis fuit Vir-  
gini omnium Idiomatum, omniaq; gentium morum conscia,  
si Romani, & qui sub Romanis erant, vterentur, vt calamum  
alieno mori attemperaret. eadem fuit mens græco Ignatio ad  
Romanos scribenti per Calendas, quas græci non agnoscunt,  
scribendi. sic Sancta Mater, si per lunas tantum suam epistolam  
signasset, vix intelligi poterat, quo eam scripsisset tempore, nisi  
etiam & Indictionem ex Romanorum more Romanorum  
municipibus scribens subscriberet. De vero dicam aliquid, licet  
errorem numeri Arithmetici excusare possim, si erratum in In-  
dictione agnoscere velimus, sed si rem altius scrutemur, non est  
tam facile erroris accusare datam Indictionem, vt sibi existimat  
Aristarchus, quando in eius origine, vsuq; statuendo non inter se  
iplos modo, sed à se ipsis plerumq; discrepent auctores, vt ad-  
uertit Petauus citatus lib. xi. quare vt nihil interim tribuamus  
notariorum, temporumq; vitio, non multum fuit primam pro-  
decima quinta immediatè præcedenti Indictione ponere. quan-  
do Maximus Monachus apud eundem Petauum loco citato  
in suo compute, dum conatur statuere Indictionum originem  
ad

ad sanum Augusti secundum, cogitur afferre Augustini Indictionem primam pro decima quinta substitutione, quare in tanta opinionum, placitorumq; varietate, quo mentem, ratiocinationemq; nostri auctoris in statuendis Indictionum originibus assequi confidat? cum in ipsa calculatione errare poterit, ut pleriq; multi; homines sumi sumus; quo nil proclivius.

Verum facili negotio rem ita componi posse non dubito, si quadruplicem non ignoremus apud auctores indictionum ordinem, et usum, cuioremq; fuisse; hinc quadruplex facta indictio, alia Cæsariana, seu Constantiniana, quæ ab viii. Cal. Octob. quo die debellatus à Constantino Maxentius Tyrannus, cepit annos designare ab anno Christi 312. secundum fastos sicutos Constantino August., & Licinio 11. Coll. lege Petav. lib. citat., Baron. in annal., Gordonum in Chron., Onuphrisus ite in Chron. ad usum annum, licet is in Fastis ad ann. 313. reponat: Alia dicta Constantinopolitana, quæ ab Cal. Septembris initiū facit; quæque apud Imperatorios tabelliones in usu nunc est. Tertia est pontificia; quæ ab Cal. Ianuaris, vniq; deniq; initiū habet cum annis Christi nati, ut videre est in bullis pontificijs, & actis Concilij Constantiensis. Postrema quorundam Chronologorum, qui ab equinoctio verno Indictiones ordiuntur, ita Dionysius exiguus, Cassiodorus, & Chronicon Alexandrinum, seu fasti siculi, qui nunc à Septembri, nunc à mense Martio Indictiones recensent, ut rectè advertit idem Petavus citatus libr. ix. cap. 3., & libr. xi. cap. xl. Videturq; auctor huius chronici duplicem habuisse usum putandorum annorum, alterum à Septembri, qui est annus Civilis, alterum à Martio, qui est annus ecclesiasticus, & Christianorum, quo ille se vti profitetur, ab eoque Indictiones orditur. sic Indictionem secundam unā cum anno Tiberij xvi., & Mundi 5538. à die vigesima prima Martij proficisci docet. In quo vario Indictionum usu, ac progrediendi initio, illud maxime notandum, quod cæteræ Indictiones à Cæsariana, seu Constantiniana, cui solidatum ex omnium auctorum sententiis annos designare, ortum habere cum hoc discrimine, quod Pontificia protracta sit ad Calendas Ianuarias sequentes, ut patet ex actis Pontificijs Constantinopolitana, & Alexandrina, seu sicula, quam sequi diximus auctorem fastorum siculorum, seu Chronici Alexandrini retracta illa ad Cal. Septemb., hæc ad equinoctium Mar-

Martij præcedentis; vt ex doctrina Dionysii colligi facile est.

His ita statutis optimè dari potest concordia inter annum Christi xlii, & Indictionem primam, si dicamus auctorem, Collectoremq; harum notarum in epistola Deipara, vtpote in Sicilia degentem, secutum fuisse fastos siculos in assignanda Indictione; quæ licet ex Cōstantiniana, & Pontificia Epocha debuerit esse decima quinta, ex fastis siculis euadet prima, vt facile ratiocinanti patebit. huic ratiocinationi fauet Dionysius exiguus, vbi diximus, qui suas Indictiones à præcedente Martio ordini videtur. Is igitur scribit iv. Indictione currente Christum Dominum natum ex Beda lib. de rat. temp. c. 47. qui, si sibi constare velit, in sequentem Martium quarta Indictione absoluta, quintam in iis fateri cogetur. si ita res habet, iam vides lector lunam Maij, seu Iunij illius anni pertinere quidem ad primum annum Christi, & ad quintam Indictionem; quam si eodem ordine ad annum Christi quadragesimum secundum producas, clarissimè cognoscas lunam xxvii. mensis Maij, diemq; tertium Iunij anni illi concurrissa cum i. Indictione, quod erit secundo loco præbandum.

In Feria v. Aristarchus & contra morem, & contra verum in clausula epistolari adposita erratum contendit. contra morem, quod ea vox ignota hebræis, tum eius vsus in recensendis hebdomada diebus, primus in Ecclesia induxerit S. Pontifex Syluester. contra verum; quia ex regula literæ Dominicalis, quæ anno xlii. debuit esse, G, non Feria v. sed i., seu dies Dominicus fuisse colligitur. Enimvero nimis sepe censores aduersus Virginales epistolam agit Aristarchus, qui nec vocem latinam latino interpreti concedere velit. demus epistolam subsignatam vna sabbati, seu i. Sabbati de more hebræorum, interpretem latinum vertisse per Feriam; quod nam hoc magnum peccatum? non ne hebræorum neomenias passim in sacris libris per Calendas Romanorum vertit vulgatus interpret? Præterea si feriarum vetustatem, vsuq; inuestigemus. Cardinal. Baron. tom. i. anal. ad an. lviii. & tom. 3. ad annum . . . ex Tertulliano, Apostolicum fuisse inuentum scribit. certè Pontifice Syluestro antiquiorem vsu fuisse ex ipsius Syluestri actis clarissimè habetur, vbi sic legitur: *Sabbati, & Dominici diei nomine retento, reliquos hebdomadae dies feriarum nomine distinctos, ut iam ante in Ecclesia vocari*

*carisaperant, appellari voluit, quare S. Syluest. potius instaurator, quam huius moris institutor, vt non recte, & minus considerate Aristarchus, quod si apostolicum inuentum, cur non potuit eo vti Apostolorum Magistra? aut si eo non vsa, nullum fuit interpretis peccatum eam vocem sua aetate in vsu positam, substituere; quae omnia Aristarcho sunt absurda, sed non viris eruditis. Diximus de more, vsq; feriarum. Dicamus de vero. negat Aristarchus potuisse affigi Feriam V. cum ex regula literae Dominicalis potius esset apponenda Feria I., seu dies dominicus. sed quid? si eam variationem notae arithmeticae notarijs adscribamus? quid? si eam regulam, qua Aristarchus vtitur de litera Dominicali, non valde solidam, nec tutam dicamus? magnam olim inter veteres auctores ea de re disceptationem fuisse docet doctiss. Ioan. Mariana lib. de die mortis Christi cap. xv. quare non statim putandum falso adpositam Feriam V. pro Feria I., par discrimen inter Bedam, & Cyrillum ex eodem Mariana licet aduertere; quod si prauidisset Aristarchus, non ita facile datam feriam erroris accusasset. Beda enim anno Christi xxxiv. lunam xiv. mensis primi hebraeorum affigit ad ix. Cal. Aprilis Feria V. Cyrillus conuexit in anno, in luna, in Calendis, tantum discrepat in Feria; adsignat enim feriam I., si Aristarchus regulam literae dominicalis sequi velit, quem eorum erroris arguet? si non ausit; quam excusationem pro Beda, & Cyrillo conciliandis daret, eandem sibi in re praesenti datam putet. nobis ex hac tantorum virorum discordia satis sit collegisse, sensissq; eum viris doctis fallacem esse eam regulam literae dominicalis, & Aristarchum in vero inuestigando contracta causa inuixum. iam vero pauca quaedam de ipsa epistola subscriptione pro coronide adtexamus.*

### EXAMINATUR EPISTOLAE SUBSCRIPTIO,

*an ea Deiparae sit.*

### C A P. XII.

**D**eiparae eam fuisse multa conuincere videtur primo ad spectu. primum, quod in aliquot exemplaribus ita videatur subscriptum ex persona Deiparae (*Nos Maria Virgo. quae supra affir.*)

*affirmamus* ( &c. ) tūm quod ex verbis ipſius traditionis aperte id confirmari poteſt, vbi ſic legitur, *que Sanctiſſimis manibus proprijs ſe ſubſcripſit in quodam chirographo, acceptando, & confirmando omnia, &c.* Demum verosimile eſt Deiparam Ioannis manu inſcribendo fuiſſe uſam, deinde proprio chyrographo ſuum nomen ſubſcripſiſſe. Certè Paulus Apoſtolus ( ne quis omnino ſubſcriptionem ſuſpicetur fuiſſe contra morem ſcribendi veterem ) qui amanuenſi utebatur, manu propria cunctas Epistoſas ſubſcribere ſolitus erat in hanc formulam, ut ipſe in poſteriore ad Phelonicenſes capite tertio profitetur: *Salutationem manu Pauli, quod eſt ſequunt in omni epistoſa, ita ſcribo, gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis amen.* & S. Ignatius Martyr, teſte magno Gregorio, ita ſuas ſubſcribebat Epistoſas ( Amen, Gratia ) quid igitur ſi Deipara Epistoſam ad Meſſanenſes ſuo nomine ſubſignauerit? hæc pro tuenda ſubſcriptione; in qua nec magni faciendum pronomen multitudinis ( Nos ) quaſi indecens Virginis moeſtitiæ, cum valde ad poni potuerit ad Virginis dignitatem, nec à ſpiritu, munereq; apoſtolico alienum fuiſſe oſtendimus exemplo Pauli Apoſtoli in notis ad eandem Epistoſam.

Nihilominus, ſi mihi locus ſuſpicioni deſur uſllus, putauerim eam ſubſcriptionem Deiparæ per errorem adſcriptam; tūm quod nullus apud omnem antiquitatem fuerit uſus nomen ſubſcribendi in epistoſis; tūm quod nouitia admodum, & recens ea ſit ſubſcribendi formula ( *Mariæ Mariæ, que ſupra, &c.* ) tūm deniq; ex ipſa ſubſcriptionis ſarrietate maxima in M. SS. exemplaribus videtur conuinci, huic errori anſam dediſſe exiſtimo, non bene intellecta ſubſcriptæ traditionis verba; vbi dicitur Deipara ſe manibus proprijs ſubſcripſiſſe in quodam chirographo, acceptando, & confirmando omnia, &c. quod malè quidam interpretantes de nominis ſubſcriptione, eam iuxta traditionis veritatem cenſuere epistoſæ ſubtexendam in hæc verba, *Nos Mariæ Virgo, que ſupra acceptamus, & affirmamus hoc predictum chirographum;* vel, ut alij ( *Mariæ Virgo* ): ſed vtrique non rectè; alium enim ſenſum habent ea verba, ut ſtatim dicemus. Nam quod Deipara ſe ſubſcripſerit in quodam chirographo, non eſt intelligendum de nominis eius ſubſcriptione, ſed referendum ad Meſſanenſium poſtulata: poſtulabant autem illi per legatos, perq; Epistoſam ( ut in ſuperioribus docuimus fieri ſolitum à fidelibus ) ſuæ fidei, quam profi-

profitebantur à Paulo acceptæ confirmationem; postulabant item Sanctissimæ Matris protectionem, benedictionemq; vtrisque postulatis subscripsit se per epistolam, proprioq; chirographo Deipara, & Messanensium, quam à Paulo acceperant, fidem confirmando, approbandoq; illis virbis. *Filium nostrum Dei genitum, & Hominem esse fatemini, & in Cælum post suam resurrectionem ascendisse, Pauli Apostoli aliter edocti electi predicatione mediante, & in suam fidem, tutelamq; eos, Ciuitatemq; ipsam recipiendo, benedicendoq; affectu Veræ Matris ita scribens, ob quod vos, & ipsam Ciuitatem benedicimus, cuius perpetuam protectricem nos esse volumus,* hunc sensum verba traditionis non admittunt modò, sed aperte continent, si attentè legantur cum respectu ad morem veterem primitiuæ Ecclesiæ de fidei professione, mitti solita ad caput Ecclesiæ. sic enim habet Ecclesiæ Messanensis traditio, & veteres tabulæ. *Vnde facta prius oratione B. Virgininem Mariam in Dominam susceperunt,* quod de fidei professione petitioneq; Messanensium legatorum non sine ratione interpretor. & rursus, *quæ Sanctissimis manibus proprijs subscripsit se in quodam chirographo acceptando, & confirmando omnia,* Ecce fidei approbationem factam à Virgine proprio chirographo. Et ne cui dubium vllum relinquatur cognoscendi, quæ fuerit ea subscriptio; statim additur, *appellando se perpetuam protectricem suæ Messanæ.* quis hic non videat per subscriptionem Virginis ipsius epistolam intelligi propria manu exaratam, qua Messanensium petitionibus subscribere se profitetur, vt ex ipso tenore epistolæ cognoscere licet, vbi suam perpetuam in Messanam protectionem pollicetur. hæc scilicet eorum mens esse potuit, qui post clausulam epistolæ addidere de suo, *Maria, Virgo, quæ supra confirmat præsens chirographum manu propria, vel vt habent alia M. SS. Maria Virgo confirmat, quæ scripta sunt propria Manu,* vt sic omnem de voce subscriptionis ambiguitatem tollerent legentibus, totamq; epistolam à Virginis manu fuisse significarent. Inde alij in ea euulganda omnem subscriptionem, vt omnem penitus erroris ansam tollerent, abstulere. Sed ea varietas, quia sine data facti ratione facta, occasionem præbuit Aristarcho malè affecto mentis scriptorum, veriq; ignaro cauillandi, accusandiq; eorum in epistola euulganda inconstantiam; quorum mentem si fuisset affectus, pieq; ad nostra affectus, non erat quam ob rem, tum de epistolæ, cum de traditionis veritate dubitaret.

Enauigato hoc magno, periculofq; vt putabatur, ſcopulo, in-  
euto ſunt cœtera. Verum Ariſtarcho à maris agitatione in ipſa  
malacia, in ipſoq; portu ſtomachi delicationis, malèq; ad feſti  
vitio longè maior excitata nauſea, longè maior, inquit, eſt difficultas  
in ipſo penetrati Epiftole, cui repugnat.

## HISTORIA SACRA

### Obiectio VII.

#### CAP. XIII.

**Q**uæ à Sancto Luca deſcripta eſt, de qua re dubitari nullo modo  
poſteſt, ita nec fieri, vt Reſp. Meſſanenſis, hauſta fide à Paulo  
Apoſtolo, legationem ad Dei parentem miſerit, quid dignum  
tanto ferat hic promiſſor hiatu? hic ſi vnquam cum imaginatis  
vmbriſ luctantem videas Ariſtarchum inani ſtudio, conatu irri-  
to. Memini legiſſe apud Agricolaſ de re metallica. perſœpe in-  
iuriſ fodinis operas ita ladiſficari, exagitariq; ab aereis quibuſdam  
ſpiritibus, vt cum diſtoto, qua ſui muneris ſunt, diligentiffimè  
videantur expleuiſſe, hæc, illæ; diſcurrendo, exacto die nihil  
proſuſ ſe conſeciſſe animaduertiſſe, niſi manus, pedesq; & dorſa  
vano labore fatigaſſe, & cum riſu ſociorum. Quid hic non fe-  
ciſſe ſe putat Ariſtarchus contra Conſtantinum Laſcarem, contra  
Meſſanenſes, contra ipſam Eccleſia Meſſanenſis traditionem? cõ-  
tra Laſcarem, dum bis ſplendido mendacem oſtendere conatur, &  
pro impoſtore, auctoreq; fabuloſæ hiſtoriæ: contra Meſſanenſes,  
dum in Laſcarem iniurioſ facere ſtudet; non enim exiſtimat eo-  
rum traditionem quoquo modo poſſe defendi, niſi quæ non vero  
ſimilia videntur in Laſcaris caput refundendo: contra ipſam tra-  
ditionem, dum eam contra ſacram hiſtoriam pugnantem facit,  
ita nimirum vno ictu tres feriſſe putauit bonus Athleta. ſic ille.

Explicatius rem dicam: tradit affixa literis præſatio Apoſtolum Pau-  
lum Rhēgio euocatum Meſſanam veniſſe, eaq; in urbe biduum prædi-  
caſſe; eius vero prædicatione Meſſanenſes fidem complexos legationem  
ad Dei Matrem decreuiſſe; Apoſtolum cum legatis Meſſanenſibus Iero-  
ſolymam profectum. ſiſte hic, obſecro; quo factum conſilio, qua ratio-  
ne, vt S. Lucas, qui iter Apoſtoli Pauli mira diligentia ſcripſit, eiufq;  
appulſum Syracuſas, ac Rhēgium, dieſq; ipſos, quos ipſis in Urbibus, al-

tera

*tera Siciliae, altera Calabriae commoratus est, tamen silentio praeierit Pauli Messanam aduentum, admirabilem illam Reip. Messanenſis conuerſionem, nobiliſſimamq; legationem ad Virginem Dei Genitricem? quid interfuit exceſſionem Pauli Syracuſis cōmemoraſſe nulla rerum memoria illuſtrem ad hiſtoriae fidem? ita uero eamdem ob cauſam, ſi Pauli Syracuſas aduentum commemorauit, quam pene ingloriam dixerim comparatione rerum Meſſanae à Paulo geſtarum, eundem Meſſanam accitum, eximiaq; facinora memorafſet, quod maximè intererat ad Dei gloriam, Et Religionis nouae decus. ſed tacuerit haec Lucas arcano Dei iudicio. Perpende oro te, num ne cum libris canonicis pugnent? S. Lucas ſcribit Apoſtolum Paulum, cum Rhegium ueniſſet unum poſt diem, quo Rhegij fuit, ſoluſſe, curſumq; Puteolos recta tenuiſſe; inde Romam petiuiſſe. Contra Laſcarus, Paulum, ait, Regio Meſſanam accerſitum, & à Meſſanenſibus legatum ad Deiparam Ieroſolymam miſſum. concoquiſt iſtud commentum? Paulum, quem Lucas memorat, uinctum ad Caſarem à militibus in Urbem adductum, à Meſſanenſibus Ieroſolymam legatum, cui credendum Laſcario, an Lucæ? igitur ex uera, & ſacra hiſtoria cognoſcis in duobus peccatum à Conſtantino Laſcario; primo quod ait Paulum Meſſanam ueniſſe, cum Romam perduceretur; dein Ieroſolymam miſſum ad Virginem; quod in ſigne commentum homo graecus mētītus eſt. Equidem demiror, ſimulq; horreo uideā, ut optimum duellatorem ſe cōtra Laſcarem probet Ariſtarchus, iam recte hoſtis caput putat incluſum, iam illum ad ſuos proſtratū pedes ferro cōfodiſſe. non hic finis; cōtra Meſſanenſes, contraq; ipſam traditionem, & epistolam Virginis acinacem ſtringit; ergo ſequitur, iam animaduerto, quid animo ſtatuas tuendae epistolae; praefixam à Laſcario fabuloſam, falſamq; eſſe Praefationem; eaq; reſciſſa, conſciſſaq; conſiſtere epistolam Virginis. Quod fateris, accipio; minimè uero negaueris, quod epistola docet Meſſanenſes Pauli praedicatione ad fidem adductos, legationem ad Virginem deſtinafſe. at ſi hoc falſum eſſe confeceſſero, non ne falſam Epistolam fateri neceſſe eſt? falſum uero eſſe demonſtratio hiſtorica eſt; nam pugnat hiſtoriae, ac teſtimonio, quod fide canonica conſtat, neq; inferorum porta unquam conuellent. ac propter inſuperabile robur ſui, iure ruſſum urgeo, Paulum Rhegio abſcedentē recta Puteolos curſum tenuiſſe; Meſſanam uidiſſe è nauī potuit, & concupiuiſſe, ſed adire non potuit. Memini plerumq; dictum implicitam eſſe hiſtoriam à Conſtantino Laſcario, uulgoq; uerum non planè omninò falſam. Sed enim fieri poteſt, ut Paulus Meſſanam adierit, Meſſanenſes ad Chriſtum induxerit,*

legationemq; ad Virginem obierit, minimè verò id factum, cum Romam  
vinctus ad Cæsare duceretur, sed posteaquam à Nerone liberatus Mes-  
sanam applicuit. Eas ne pedibus in hanc sententiam? à nimo reputa quid  
dicas? vide ne pretium sententiae sit pudor? huc enim fr. confugas, ex-  
trudit te recta chronologia.

Euigila dum Aristarche, & redi ad te te; somnium fati; fati  
cum vmbri imaginari luctatum, bis mendacem facis Lascarem  
in ea, quæ est Epistolæ Virginali præfixa præfatione: at at ego te  
ter mendacem ostendo; ais primum, eam, quæ præponitur epi-  
stolæ virginali, Lascaris esse præfationem; Mendacium hoc sanè  
est, & splendidum, vt supra iam ostendi, & ex verbis ipsius præfa-  
tionis aperte satis patet non Lascaris esse, sed alterius de ipso La-  
scare testimonium reddentis; lege postrema verba, non verba  
vendo, ob signatis ago tabulis, quod chyrographum hebraicis litteris  
scriptum fuit, & à B. Paula in græcas translatum, temporibus verò no-  
stris à Constantino Lascare viro præstantissimo in latinas litteras trans-  
latum esse affirmo, tenoris sequentis, quidnam tam non sanæ mentis,  
qui putet Lascarem de Lascare testimonium dicere, & cum lau-  
de? an nō, si hoc egisset Lascares, statim audiisset subsannantem  
turbam: tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est  
verum? igitur non Lascaris ea Præfatio, vt sæpè monui, sed demus  
Aristarcho eam Lascaris esse, vt falsus præfert titulus; numquam  
tamen ex ea discet Paulum tunc legatum à Messanensibus, ad Dei-  
param missum Ierosolymam, cum ligatus ad Cæsarem Romam  
duceretur à militibus, quod est alterum, & alterū Aristarchi men-  
dacium, non hic opus alia probatione, nisi lectione, nec alijs testi-  
bus, quam oculis; ad ipsam præfationem putati Lascaris sisto te,  
quæ sic habet, cum B. Paulus Apostolus esset in Calabria in Ciuitate  
Rhegi; euangelizans omni Creature Euangelium Domini iuxta illud  
D. Marci cap. 16. fuit vocatus mirabili deuotione à populo Messanensi,  
unde venit, & c. & paucis interiectis, repleti gaudio Messanenses in-  
stituerunt legatos, qui una cum ipso Paulo se Ierosolymam cōtulerunt,  
& c. age Iodes, Aristarche, vbi legis ex Lascaris præfatione Pau-  
lum Messanam venisse, cum Romam perduceretur? eoq; in itine-  
re, & Romam in vinculis contendisse, & Ierosolymam liberè re-  
uertisse? dicas, Rhegio Paulus Messanam accitus traditur in præ-  
fatione; Rhegio autem numquam fuit Paulus; nisi cum vinctus ad  
Cæsarem iret: Sed hoc erat probandum; non ante, non post vin-  
cula

cula Paulum Messanā, Rhegiumq; ire potuisse. scilicet numquam vidit Aristarchus; vel si ad eius peruenit magus, simulatus homo dissimulauit se vidisse homiliam de martyrio SS. Apostolorum Pétri, & Pauli, quam supra laudauimus; ex veteri M.S. græco thesauri Messanensis, in quo tam se versatum fatetur; in ea satis luculenter legisset Apostolum Paulum suo postremo in Siciliam aduentu ex Melita Syracusas, hinc Rhegiū, inde Messanam deuenisse, valdeq; se historiarum ignarum profiteretur, qui nesciat tritam hanc fuisse viam nauigantibus ex Oriente Romam. neq; vero ex Lucæ silentio probare id vniquam Aristarche poteris, si memineris illū multa alia de Paulo siluisse, quæ, & ipse Paulus, & alij referunt. nec statim id sacræ historiæ repugnare dicendum, si in aliud tempus siciliensem profectiōē reponas, vel ante, vel post romana vincula, quādo scilicet Lucas, aut nōdum Comes Paulo datus, multa eius itinera in Arabiam, in Illyricum, in aliasq; regiones præterijt, aut à Paulo se unctus, de Paulo scribere destitit; Imo ex ipsius præfationis verbis; si bene ratiocinari voluisses, aperte alterius Italica profectiōnis in ea mentionē fieri peruidisses; nam cum ibi dicitur, euāgelizantem Paulum in Calabria in Ciuitate Rhegij Euangelium Domini omni creaturæ, iuxta illud Marci cap. 16. Messanēses rei fama commotos illum aduocasse, profecto non diurnam, & intransitu, sed diurnam Pauli prædicationem inuui intellexisses; nec Rhegij tantum, sed per vniuersam Calabriam, & cum magna virtute signorum, & prodigiorum, vt notauius supra, quis sapiens, & non intelliget? hæc si æquo in nos, nostraq; animo perpendisset Aristarchus, vt potē Siciliensis gloriæ amans, & Messanensium, vt ipse haberi vult, studiosus; numquam illi subijisset animus malè suspicādi de Lascaris viri ab alijs scriptoribus laudatissimi integritate, & fide. Nec tam malè merentes de bono hospite, aut stupidos fecisset Messanenses, vt qui in examinata, quæ Lascaris venderet, in eorum gratiā amplecterentur, aut crederent implicitam, turbatamq; eam historiam fuisse à Lascare: neque tandem ipsam, Messanensis Ecclesiæ traditionem, ipsamq; Virginis epistolam, aduersus sacræ historiæ esse contenderet; cum planè omnia consent, si aliam Pauli profectiōnem in Italiam ab ea, quam Lucas in actis recenset, admittat; id quod sacræ historiæ nullatenus repugnare ostendimus, & omnino ex validis coniecturis, & certa historia conuincitur: nec periculum est, (*trepidare enim solet,*

ſolet, ubi non eſt timor, Ariſtarchus, ne huius ſententiæ pretium ſit pudor, neue ab hac ſententia nos extrudat, vt ipſe credit.

R E C T A C H R O N O L O G I A.

Obieſtio VIII.

CAPVT XIV.

**T**Otus eſt Ariſtarchus in præcludendis effugijs, rimisq; obturandis; ne ſegæ locus ſit ullus; ſed vt totam ſui ingenij vim exenteret, araneorum telas textit verius, quam ſolida argumēta. iam, quo ea tendant, attendamus.

Rogo te inquit, ne grauatè accipias, quod modo dictum: denuò promas, quoniam anno Meſſana Paulum prædicantem audiit, eodemq; auctore, legationem ad Deiparam decreuit? hoc mihi neceſſariò ponendum eſt, vt verum conſtet, ſimulq; quantum ijs literis tribuendum ſit. Eo ne anno id factum, quo Paulus Romam ad Ceſarem venit? minimè verò, inquis; & iure, nam negatum à te eſt; quod pugnet agiographis. demus non eſſe negatum à te, nec pugnare cum libris canonicis; fieri ne poteſt, vt eo anno Paulus Meſſanam adierit; ad Chriſtum traduxerit; legationis Ieroſolymitane auctor, ac princeps fuerit? ne fieri quidem ullo modo poteſt. Ex chronologia planè demonſtro. Nauigauit Romam Paulus ad Ceſarem anno Chriſti domini lix, notum omnibus, qua tempeſtate Virgo Deipara aſſumpta fuerat in cælum. Nam quod ex antiqua Eccleſiæ traditione ſcribit in chronico Eusebius, & probat Illuſtriſſ. Baronius in annalibus ſuis, migrauerat è vita Chriſti anno XLVIII. id eſt undecim ante annos, quam Paulus Meſſanam præter vectus, cum Romam peteret ad Ceſarem. quid hic ais? ne bare, quoniam anno cum Paulo legati ad Virginem miſſi? cum Cælo iam recepta æuo ſempiterno fruebatur? è Cælo reſcriptum à Virgine? iam vides ex chronologia falſam eſſe Epistolam. Ex his euertitur, quod paulo ante dictum à te eſt Pauli Meſſanam aduentum, eiusq; legationem eueniſſe, cum ille vinculis exolutus liber à Cæſarè dimiſſus eſt. vanum effugium; nam Paulus tum Roma profectus anno Chriſti LXII. poſt exceſſum Deiparæ XIV. delectus igitur Paulus, qui legationem pro Meſſanenſibus ad Virginem obiret, cum ea obierat, & ante annos quatuordecim in Cælum abierat. mentita eſt iniquitas ſibi. Joſeph Bonſilius ſcriptor Meſſanenſis, chronologia cõuictus, nouam inquit viam, qua probaret Paulum multo ante tempore, quã Romam

nam

*nam vincetus duceretur, Messanenſium conuerſionis, legationiſq; aucto-  
rem exiſtiſſe; cum Deipara viueret, & adhuc Hieroſolyms ageret: at-  
tendite, quam is rationem temporis excogitauit. Memorat, ait, S. Lucas  
Act. xjv. Paulum peragraſſe Piſidiam, Pamphiliam, Pergen, hinc deſcen-  
diſſe in Italiam, mox nauigaſſe Antiochiam; tum igitur, cum Paulus, ut  
Lucas tradit, in Italiam Meſſanam venit, vel eius prædicationis fama,  
dum Italiam obit, ut Bonſilius loquitur, Meſſanenſes permoti fidem ac-  
cepere. Sed homo doctus dum ex hiſce tricis expedit, ſe magis implicat.  
Nam quod ait Paulum Apoſtolum in Italiam veniſſe, qua tempeſtate  
Iconio eiectus redijt Antiochiam, peragratis vicinis regionibus contra  
ſcriptorũ fidem, nemo affirmauerit. Dein reditus hic Pauli Antiochiam,  
cuius meminit Lucas, incidit in annum Chriſti xljx. ut docet in anna-  
libus ſuis. Baronius poſt annum ab aſſumpta in Coelum Deipara; inita-  
igitur ratio à Bonſilio tuenda Epistolæ in irritum cadit. ad hec commen-  
tum eius ipſa læctio demolitur; non enim eo loco act. xi v. legendum  
( deſcenderunt in Italiam, ) ut perperam legit Bonſilius, corruptis, va-  
riatiſq; libris deceptus, ſed Attaliam, ut græci, latiniq; interpretes legunt,  
ea urbs Pamphiliæ maritima eſt, auctoriſus Strabone, Ptolemæo, Sancto  
Hieronymo Concludimus igitur Paulum Apoſtolum tum primum in  
Italiam veniſſe, cum, vincetus ad Neronem venit, proinde non ante lxx.  
Chriſti annum & poſt Sanctiſſimam Deiparæ dormitionem. Inde ſit fal-  
ſum eſſe annum Epistolæ, quo ſcripta xlj. cum Paulus non dum Meſſa-  
nam aduenerat.*

Papæ quanto verborum, argumentorumq; apparatu, dum ex  
recta chronologia, de ætate Virginis Meſſanenſis Eccleſiæ tradi-  
tionem, pietatemq; demoliri contendit, ſuam detegit audaciam,  
& inſcitiam Ariſtarchus, ſapienter dictum à Sapiente Sap. 10. qui  
nititur mendacijs, hic paſcit ventos, idem autem ipſe ſequitur aues vo-  
lantes. vide, num te bonum probes logicum, mi homo, malè ſyllo-  
gizando, malèq; inferendo, qui ex præmiſſis non ad eò certis, ac  
firmis; imò & falſis etiam, quod certum, ac indubium ſit intuliſſe  
te putes contra omnes regulas logicas. primum præmittis tãquam  
ratum, certumq; apud Scriptores Meſſanenſes, apud Laſcarem  
præſertim, tum Paulum Meſſanam veniſſe, cū ad Ceſarem vincetus  
duceretur; at hoc ſi non eſt niti mendacijs, eſt falſo niti fundamē-  
to: non hoc babent veteres tabulæ, non ſcriptores Meſſanenſes,  
non Laſcares, ſed vulgi error, & qui ex vulgi ore loquuntur. tu tibi  
ludos facis, qui ex putata Laſcaris præfatione id didiciſſe ſom-  
nias.

nias. deinde tamquam certum ſupponis quod de ætate Deiparæ ſcribit Eusebius, illam vita ceſſiſſe anno Chriſti xlvij. at hoc eſt paſce ventos. nam id incertum ſacris ſcriptoribus, & probabilius illam ſeptuagenaria maiorem obiſſe, vt cum Ephiphanio ſentit Codrenus, & ferè recentiores omnes: nec deſunt, vt ſupra admonui, qui eam octogenariam faciāt. his poſitis, ſic ſtatuis (quam rectè tu videris) Paulum non prius in Italiam veniſſe, quam cum ad Cæſarem nauigaret, & poſt Deiparæ dormitionem; ideoq; inferſ malè ſignatam Epiſtolam anno Chriſti xlij.

At hoc eſt ſequi aues volantes, quas nūquam aſſequaris; nam & potuit venire Meſſanam Paulus ſine præiudicio ſacræ hitoriæ, re-ctæq; chronologiæ, vt pluribus probatum eſt, antequam in vincula conijceretur, nimirum circa annum domini xl. aut xli. quando non dubium, quin in viuis eſſet Deipara, & ſic Epiſtola ex Ieroſolymis anno Chriſti xlij. potuit æque benè conſignari, & ſi probabilitatis aliquid habet ſententia eorum, qui Dei Matrem octogenariam faciunt, poterant hæc omnia accidere poſt Romana vincula; ſed his corrigendus annus datæ epiſtolæ, ſubſtituendusq; notulæ tranſpoſitione lxij. pro xlij. quod non infrequens. quid ad hæc bone vir? at non putaram. turpe effugium quam magis, pièq; ſolidèq; in hunc modū philoſophari potuiſſes, poſita vetere Meſſanenſis Eccleſiæ traditione, incertum, ſed non improbabile; an pluries Siciliam peragrarit Paulus euangelizando: incertum, an Virgo ſexagenaria, aut ſeptuagenaria, aut in ſūma ætate octogenaria Cælum adierit; ſed nec improbabile id ex doctiſſimorum virorum ſententia. Ex quibus omni iure conſequens erat, vt inferres, incertum eſſe, ſed non repugnare ex hoc capite; ſiue dicatur

Paulus ante Neronis vincula, ſiue poſt, Meſſanam in Sicilia veniſſe. verum Ariſtarchus noluit intelligere, vt benè ageret; quin in ſuo ſenſu abundans audet, additq; *ſed tuenda epiſtola expungas ab ea annuſque Pauli Meſſanam appuſum, in tempus opportunius differas haud in tuto eſt; ſed in discrimen adducit, perturbatque ipſum.*

ARGV.

ARGVMENTVM EPISTOLAE  
Obiectio IX.

## CAPVT XV.

**Q**uod est, ita ille, Deipara Virgo Messanensibus bene precata, gratulatur Pauli Apostoli predicatione christianam fidem induisse. hoc argumentum si constat, epistolam dissuas necesse est. numne fieri vlla ratione potest, ut id Virgo scripserit? qui fieri potest, ut scripserit Virgo, quod nondum in usum venerat? quippe Paulus Apostolus Messanam venit, postquam Dei Mater in Caelum coefferat, id conuincunt collati anni scriptarum literarum, & conuerse ad fidem Urbis Messanae Pauli Apostoli opera. sed enim B. Mater, si scripsit ad Messanenses, utique scripsit ante annum xliix. quo mortem obiit; Paulus autem Apostolus, ut saepe iam retulimus, post annum lxij. Messanae primum fuit, fidemq; docuit relicto Bacbylo Episcopo. Dic sodes, qua ratione scriptum a Deipara est, quod non nisi xiv post eius mortem annos euenit? Ex eo certum perinde est mendacem esse epistolam, & nomine Virginis compositam, quam Virginis epistolam mentiri non posse.

Hem rursus tibi, falsum supponit, falsum infert Aristarchus; supponit quod numquam probare potuit, nec poterit, Paulum primum Messanam venisse anno Christi lxij. Supponit Deiparam mortem obiisse anno xliix. quod tamen haud certum est apud Scriptores. quid mirum si sibi de victoria blandiatur? mendacemq; faciat epistolam, ne faciat mendacem Virginem? Saltem ex hac, superioreq; obiectione iam vides lector Aristarchi sagittas intra nos esse, quod est signum salutis, nec paruum argumentum probabilitatis nostrae sententiae addi, quae nec sacrae historiae, nec rectae chronologiae repugnat, cum anno epistolae consentit, totamque traditionem optime tuetur. Sed non hic contradicendi finis Aristarcho, aliqua alia euomit, quae secum non valet concoquere, eaq; appellat, quod ab eius delicato stomacho abhorreant.



X

ABHOR-

ABHORRENTIA A VERO  
Obiectio X.

## CAPVT XVI.

**Q**ua tanto, inquit, diligentius inspicienda, quanto iactantius à scriptoribus Messanensibus in epistola decus afferuntur. Sed Virgini Maior gloria erit compositis, falsisq; rebus ab oculis actis. Affirmatis viri Messanenses, Deiparæ Virginis Epistolam tum hebraicè, tum græcè scriptam in Archiujs, scrinijsq; vestris asseruari: memorat vester Gothus, vugus iactat, tradunt Canisius, Arias, Mafellus, alijq; utinam verè. Sed nihil tale inuenies. peruolui ego tabularia omnia Ciuitatis Messane, peruoluere alij non incuriosi rerum, & vestri Ciues; studio in Virginem fecimus, & in Urbem vestram Virginis studiosissimam: spe nostra delusi sumus. Sæpè ego audisse memini senes vestros nullum Messano extare exemplar literarum Deiparæ Virginis, neque hebraicum, neq; græcum. Iam quid probem, quod pleriq; vestrum ultrò confitentur? Borgia Princeps Quillacij stratogus vester cum rogasset Iuratos Patres haberet ne Messana literas Virginis, negarunt habere.

Viden? quam animosè, quam strenuè omnem mouet lapidem Aristarchus, vt Messanensium erga Deiparam pietatem extirpet radicibus? non contentus contra veritatem traditionis pugnas-  
hactenus, etiam piam vulgi credulitatem in eorum animis reside-  
re pati nullo modo potest, vt putèt Deiparæ Epistolam hebraicè,  
græcèq; scriptam apud illos in sacris adytis adseruari, cum ipse  
ea peruoluerit nullo eius rei inuento vestigio; quasi vero, si tale  
quidpiam inuenire licuisset, statim manus dedisset, & non potius  
suis caullis suspectum de fictione prætenderet, vt de latino La-  
scaris exemplari affirmare est ausus. Sed quàm solidè, verèq; id præ-  
stet, hoc præstat videre. Illud certè non solidè, quod magnam vim  
facit in pio vulgi sensu, quod quoquo modo audita pro comper-  
tis habet, quod tamen nullum ex peritioribus, sentatisq; ciuibus  
videas affirmare, qui vt de veritate scriptæ à Virgine Epistolæ non  
dubitant, quam & suo tempore repertam luculentissimo testimo-  
nio affirmat L. Dexter, ità an hodieq; extet Virginis, aut Pauli  
prototypa. prudèter quærere abstinent, alieno edocti periculo, pro  
pietate se facturos existimantes; si sinant pium vulgus piè sentire,  
quod

quod contra pietatem non est. Et quamuis nullus Dexter sit, nullusque scriptorū affirmet; affirmat Traditio, Pietas confirmat, diceret Chrysoſtomus, nihil quæras amplius. non acquiescit tamen Aristarchus, & quærit amplius: Chrysoſtomo religiosior manus haud daturus, nisi in manus habeat ipsam Epistolā Virginis, vel illius, vel Pauli calamo exaratam. Negatq; hoc de vulgi opinione affirmari dumtaxat, quin, inquit, *memorat vester Gothus, iactat vulgus, tradunt Canisius, Arias, Masellus, alijq;* Hoc non vere, pace tua dixerim, bone vir. Cedo vbi id Gothus, vbi alij Messanenses scriptores vnumquam docuere? producantur tabulæ, recita verba, itā Gothus de Virginis Epistola. quando tu tuæ imposturæ conscius proferre non audes, *scriffe di proprio pugno in lettere hebraiche à quella Republica, la quale lettera dall' Apostolo Paolo fù in lingua greca tradotta, & da Constantino Lascare Nobile Constantinopolitano, auctor dignissimo in latina lingua del seguente tenore, come nel publico Tesoro della Città conseruata si vede, Maria Virgo, &c. Gothum sequitur Ioseph Bonfilius scriptor quoq; Messanensis in hæc verba, videsi tradotta questa lettera dalla fauella hebraea nella greca, e dalla greca nella latina dal dottissimo, e nobilissimo Constantino Lascare, è conseruata tra le publiche scritture della Città, &c. ante hos Mutius Iustinopolitanus scriptis mandauerat hæc eadem, iisdemq; ferè verbis, ella con le sue Santissime mani scriffe una lettera à quella Città in lettere, & in lingua hebraea, la quale fù all' hora tradotta in greco, & appresso all' età nostra dall' Eccellente Constantino Lascare fù fatta latina: di queste cose ne apparisce testimonianza in Messina per autentiche Scritture. Vnde habes Aristarche Gothum de prototypa epistola, siue hebraica Virginis, siue græca Pauli loqui, easq; Messanæ in publico Urbis Thesauro adseruari, & non potius de latino Lascaris exemplari? vt Clarissimè loquuntur Mutius, & Bonfilius; vtq; ipsa putata Lascaris præfatio, seu publicum de rei veritate, deq; Lascaris traductione testimonium a pertè docet; vt deniq; ex tabulis vetustissimis, quas in Urbis Thesauro adseruatas diximus, vidimusq; colligi, in promptu est. quare vel Scriptores exteri Canisius, Arias, Masellus, alijq; in hunc sensum scripsisse dicendi sunt, cum eam Epistolam Messanæ adseruari scripsere, vel excusandi, quod de fama à vulgi pietate profecta locuti sint, vt plerumq; vsu venire solet. Non ergo quod vulgus iactat, vt malè existimauit Aristarchus, iactantius efferunt scriptores nostri. Sed is vbi à viuenti-*

bus, quid de Virginis epistola hebraica factum sit, omnino se scire posse desperat, demortuorum manus exagitare incipit, iudicisq; in illos manus vsurpat. in ius itaq; defunctum Lascarem vocat, ab eoq; tamquam ex equulso sacrum exigit depositum. exquiramus, inquit ille, *fidelius à Lascaro de litterarum fide. consistere Lascare, quid de Epistola Virginis hebraicè scripta? detrita ne auo? an casu aliquo deperdita? quis dixerit fato subditam, absumentamq; diuinam Epistolam eius manu descriptam, que principatum mortis euerit. procul ab animis christianis iam degener sensus, confedisse in cineres Despare manu contacta. Porro amissam esse epistolam cogitare non sinit. Messana Urbis flagrantissimum in Reginem studium: auro, argentoq; et gemmis inelufam, veluti diuina particulam Matris, que rerum omnium procreatarum pretia superat, serussset. Absit verbo iniuria, Aristarche, si alibi fapis, hic non fapis. potuere Dei Matris indumenta, quæ diu sanctissimum illud corpus tetigere, quod vitæ principium dedit, ( vt castigatius cum Dionysio Arcopagita loqui poteras, quam, vt tu loqueris, quod mortis principatum euerit, ) potuere alia preciosa illius monumenta vel fato, atq; subdi, aut absumi, quid? quod vel ipsa Sacrosancta Eucharistiæ accidentia à Christi corporis tactu æstimanda pluris, quam quidquid fuerit à Virginis contactu sacrum, animalculorum morsus, iniuriaq; hostilis flammæ non euasisse penitus, & scimus, & dolemus, nec tamen miramur: cur ab ea, qua mortalia omnia subduntur, lege immunis eat tenuis carthula inter tot Urbis nostræ, Insulæq; motus, inter sacras barbarorum, Sarracenorumq; flammæ, & odia erga res sacras? fuit enim Deus iusto, arcanoq; sua sapientiæ consilio à secundis causis agi, versariq; res mortalium, & non nisi raro suæ potentia miraculis vititur. Sed an quæ desideratur, Virginalis epistola in cineres ierit, an viuat adhuc oculis subduta mortalium culpa, vel diuino consilio quis diuinet? Consultius fuit aliquando pie nescire, quam curiosius peruestigare, satisque putauere maiores nostri veteri Traditioni fidem habere, quam oculis. certè vt dixi L. Dexteris quo, hoc est ad annum Christi CCCXXX: repertam Dei Matris epistolam in tabulario Messanenſi; magnoq; tunc temporis in pretio habitam meminuit idem Lucius in chronico; & ad Tertulliani tempora Pauli Apostoli Epistolas factas, tactasq; & ab interitu seruatas idem Tertullianus auctor est, quæ an supersint, an perierint, Deus scit. Excusandus Aristarchus qui Lucium rediuuam*

non

nōn viderit; non enim si videre licuisset, tam sui erroris tenax fuisset opinor. Sed accusandus tamen quod Lascarem mortuum, innocentemq; iniuria exagitet, agatq; de repetundis cum eo, qui Epistolam Virginis hebraicē exaratam numquam in manibus habuit.

Vidit hoc Aristarchus, nullamq; sibi causam fuisse, ob quam id iure à Lascare expostularet, qui non ex hebræo, sed è græco exemplari latine epistolam vertisse traditur. idcirco instat, ut fabrem de græco Pauli autographo aliquid edicat.

Satem, si ille, Lascare ubi græcarum litterarum exemplar, proferat in apertum; verba tua inter manus, in latinum sermonem, transtulisti plus, minusq; ante annos CXX. magna nota tua est. Epistolam incorruptam ultra annos CID. GCCC. XL. servatamq; tot fortuitis casibus, cui tot Siciliæ cladibus parsum est, presertim dominata Sarracenorum, qui tot per annos stetit, denique in manu tua periisset, quid repitandum animo est, cum ex scripta exemplaria litterarum tantum viderimus extare. Dei vero parentis, sciamus non extare? quia credes manerem Vrbis Messanæ fuisse curam servandi exemplaria vel sua, te, quamvis scripta à Virgine seu versa à Paulo? quid? namipem esse, qui sermone voce, scriptoque tradiderit, quid factum Epistola Virginis à Lascare translata? rei actū eximie nostra annos CXX. memoriam deperditam ostensam tantum Lascari hæc Epistolam; neque ultra esse visam? hic omnia quam suspicionem in animum injiciant, qui recte sentiant, haud dubie intelligent. En quo tandem collimavit Aristarchi testis, simulataq; accusatio? nihil enim minus satagit accusare, aut facti Lascarem, aut Messanenses indiligentiæ; quam artificiosè insinuat in animis lectorum fictum, falsumq; esse, quod de Virginis Epistola apud Messanenses iactatur. sed durum est illi contra veritatis stimulum calcitrare. Undenam oro didicit Aristarchus, si tamen non somniauit, Lascarem ex Deiparæ, aut Pauli autographo Epistolam latine vertisse? certe quidem auctorum nullus id asserit. Iam edixi à principio, illum non semel ex falsa, seu suspitione, seu presumptione ratiocinari, an etiam ex pravo affectu? certe si bene ad nostra affectus, poterat, quod valde mihi, alijsq; credibile fit, ita existimare Lascarem, ( ut erat homo veterum memoriarum curiosus inquisitor, ut ille de se aliubi testatur, sibi in animo fuisse semper omni studio antiquorum reliquias congregandi, et in locum producendi, ) eam Epistolam ab aliquo M. S. græco,

Lib. sua  
gramati-  
ce.

græco, ſiue ſecum Byzantio transportato, ſiue potius ex Meſſanenſi tabulario accepto Meſſanenſium rogatu, vt erat vir græcè eruditus, in latinum fideliter vertiſſe; ſed latinis exemplaribus diuulgari cœptis, de græcis, cuius linguæ vſus ferè nullus circa ea tempora in Sicilia, nihil deinde curatum, vt de pleriq; M. SS. græcis factum ſcimus, vbi latinè loqui cœpere; Quid porrò diceret Ariſtarchus, ſi vetuſtiſſimam tabulam, lib. 3. cap. 16. propoſitam cum Epistoſa Virginis græcè ſcripta aſpexiſſet, dubitaret ne adhuc de græcis exemplaribus etiam ante Laſcaris æuū? Geratè apud pleroſq; Octauium Caetanum, cuius gloriam mors inuidit in totius Siciliae damnum, græcum exemplar Virginalis Epistoſe ſat vetuſtū in manus habuiſſe certo certius eſt ex Melchioro Incofer c. 30. ſuarum eruditarum coniectationum. Quis autem credat, ſi exemplar illud græcum à Pauli manu fuiſſet à Meſſanenſibus exiſtimatum, illos tam negligentes extitiſſe, vt incuſtoditum, vel ſurripi, vel deperdi ſincerent? neque vero auctor memoratæ præfationis, qui ad hæc præſens, teſtiſq; oculatus fuiſſe videtur, quiq; de latina Laſcaris translatione publicè fidem fecit, id tacitus præteriſſet; aut cui vniquam in ſuſpicionem veniat opinandi Laſcarem, ſiue Religionis in Virginem cauſa, ſiue Meſſanenſium gratia eam Epistoſam de ſuo confictam cerebro vendiſſe oculatiſſimæ, Vrbi ſine præuia Traditione, ſineq; magnis argumentis neque vero, ſi tantam rem fingere voluiſſet, deerat viro ſapiēti, & ingenioſo, quomodo rem probabilius, & ad palatum ſæculi præſentis concinnaret. Verum vt hæc ſunt mera Ariſtarchi ſomnia, & vmbrae, ita clariffimis rationibus, & coniecturis datis, tum vero ad Lucij Dextrii lucem euaneſcāt neceſſe eſt: imò candidum, religioſumq; Laſcaris animum ſemper in hoc ſum admiratus, quod magnum veritati teſtimonium facit, qui ſimplici, planoq; ſtylo eam epistoſam latinè vertit, vt & itinerarium Pauli Apoſtoli Meſſanam vſq; ex græco exemplari.

Hinc ad alia digreditur fatiſ inſulſè Ariſtarchus, (quæ nihil ad rem, ſed ſola cauillandi, qua laborat, cacoefi,) aduerſus antiquas Meſſanæ traditiones. *traditum, ſic ille, ſcriptoribus veſtris templum Deiparae Virgini, vetere Neptuni deſtructo, Meſſanenſes edificaffe, ſed falſo traditum, &c.* non vacat omnia perſequi, ea tamen, vt breuiter complectar, duo ſunt: primum quod publica Friderici Regis reſcripta atteſtatur, tēplum Urbis maximū à Rogerio Northmanno ſicule

Melch. In  
cofer c. 30.  
de epistoſa  
cap. 30. 9.  
quorſum  
hec omnia

seculæ libertatis, christianæq; religionis Vindici, proprijs sumptibus exædificatum: alterum, quod inuerisimile admodum sit vetustissimi templi ruinas ab Orione Urbis Messanæ conditore Neptuno dicati tanto æuo durare potuisse, hoc est, ultra annos bis mille septingentos, quot fermè ab Messana condita ad Rogerij tempora intercessere. sed de hac re, quia non ad rem, viderint alij; quamquam non video quam inuerisimilitudinem habeat asserere, tanto post tempore ruinas vetustissimi Neptuni templi perdurasse, vt inde magna saltem ex parte Virginis templum extrui possit. quando antiqua illa Neptuni, Herculisq; delubra; quæ adhuc Messanæ integra extant, alterum D. Ioanni Baptistæ; alterum Virgini ab Angelo nunciatæ sacrum, ad duo circiter annorum millia stetisse nulli dubium est. Præterea, quid inter homines frequentius, quam Principum nomini, numiniq; adscribi, quæ priuatis vrbium subiectarum expensis publicè fiunt? Sed hæc, vt dixi, alij viderint. Nos, quod non satis firmum videtur Aristarcho, vel clauo trabali firmemus.

## COGNOMENTVM VIRGINIS A LITTERIO.

## Obiectio XI.

## CAP. XVII.

**A**ntiqua, & constans fama est apud Messanenses Deiparæ Virginis Iconem miraculis illustrem, quæ in templo Urbis maiore magna cum religione colitur, & à S. Luca depicta creditur, (a literio) dici, corrupto scilicet vocabulo, a literis, quas ad Messanenses pignus perpetuæ in illos protectionis ipsam dedisse, hætenus probauimus. Negat hoc Aristarchus, & aliunde, aliaue ex causa id nominis Virgini venisse contendit. sic ille ad Messanenses. *Quid? si literas iam vanas excussimus, inane hoc, vanumq; commentum est? Alia origo vocabuli, & fortè a loco. Quod enim ætate nostra imago illa sub Ambone magna celebritate percolebatur, Amboni autem in Sicilia (litrio) B. Virgo dicta, (del litrio), & hoc speciosius vobis nomen deductum (del litrio) vulgoq; iactatum, vt fides literis haberetur sunt qui credant Virginem (de litrio) dictam à græco vocabulo, *λίτριον*, quod illustris ea imago eo in loco esset, in quo preces funderentur, & propitiandæ Virgini supplicaretur, quam græco nomine*

*mine appellatam haud nouum eſt, quippe græco habitu picta ſcriptis literis, ΜΗΤΗΡ ΘΕΩΝ ΥΠΕΡΥΟ-ΕΡΙΧΘΟΣ, quod interpretere, Mater Dei uelox ad audiendum, ſeu uelociter exaudi, ac propitia ſis: de more ſuo malus argumentator Ariſtarchus; quod non certum pro certo habet, tum ex non certo, certum ſe inferre putat. putat ſe iam uanas oſtendiſſe Virginis literas ad Meſſanenſes, ſed quam uanè! Ex hoc deducit tamquam certum, uanam quoq; conuinci Meſſanenſium perſuaſionem uocis ( de literio, ) & hoc ſatis uanè; quia cum nos literarum ueritate de uetere Traditione, de Ratione, deq; Auctoriſtate humana, diuina, haectenus probauerimus, optimo iure cognomentum Virginis, ( de literio ) ab eius literis ſtatuumus, innixi præterea ſcriptorum exterorum ſenſui, quibus ea perſuaſio arridet; Summis Pontificibus, qui in ſuis datis diplomatis eam recipiunt, præter quam quod firmamentum habet ab egregia coniectura ueteris monumenti. Eſt Meſſanæ per antiquum græcorum ſacellum ſub nomine Catholicæ, alias Sanctæ Mariæ, ( del Grafeo, ) hoc eſt à literis, ut ex tabulis eius Eccleſiæ uidere eſt, ex quibus etiam habetur eam eodem eſſe membrum maioris Eccleſiæ, quæ eſt etiam ſub nomine Sanctæ Mariæ ( de literio ) Ex quo datur intelligi à diuifione latini, græciq; cleri factum eſſe, ut eodem princeps ſub latinis latinum, ſed corruptè, à literis Virginis, ( del literio ) nomen retineret; hæc ſub græcis, græcum ab iſdem literis nomen ſeruans ( del Grafeo ) deinceps uocaretur. Ad hæc adde uetuiſſimam Tabulam, quam lib. 1. cap. 16. protulimus, præferentem cum Matre Deipara græco habitu puerulum tenentem manu uirginalem Epistolam ad Meſſanenſes græce ſcriptam, ea autem ab omnibus appellatur Imago Sanctæ Mariæ à litera. diceres ne, Ariſtarche, quia reperta eſt in ambone Eccleſiæ græcanicæ, qui apud ſiculos litrio, ſiue literio dicitur à loco, & non potius à litera ſic nuncupari? non opinor. at quod in hac Icone euincunt ſcriptæ literæ, in illa euincat traditio, & pietas, quod ſatis: crede ergo Traditioni, cede Pietati, & ſi non ſentis, loquere ſaltem cum multis? ne contra ictum fluminis conari uidearis. Vide Ariſtarche, ſi ad pietatem, & ueritatem indagandam eſt animus, quot fulciri coniecturis, argumentisq; poſſit hæc, ſeu perſuaſio, ſeu traditio Imaginis de literio, utq; traditio traditionem firmet? Ad uocem traditionis nares, frontemq; contrahit Ariſtarchus; & ab ea, ad quam Meſſanenſes confugiunt, exturbare illos poſtremo prælio ſe poſſe confidit, *video, inquit quam**

*in arcem, omni iam effugio circumsepto, recepturi vos sitis, ad antiquas traditiones. video quibus hinc petitori me telis, p̄s in diuinam Matrem affectibus. bis sanè telis vulneratum occidere me opere maximo velim: ut arcem excindere me si qui uero telis meis, obsecro vos patiamini; sed enim aduersa est vobis.*

## I P S A T R A D I T I O

## Obiectio XII.

## CAP. XVIII.

**N** Olim putetis, quid quid apud nos traditione aliqua deriuatum est, id sancitum esse; multas alioqui traditiones haud quaquam improbaret Iesus Christus in Euangelij Matth. XV. Mar. VII. Isa: In Oraculis suis cap. XXIX. neq; appellaret Apostolus Paulus inanem fallaciam ad Coloss. 2. Sanctus Hieron. ad Algasiam ep. CLI. IX. X. aniles fabulas; probande igitur tamquam aurum ad lapidem lydium; priusquam recipiamus. Sane Traditio originis solida est, & firmata antiquitate; nam per magni interest nosse, à quo, & quando quippiam traditum sit, Praecipue uero solida traditio est, quam ab Ecclesia, patribusq; uniuersis, ut ait Augustinus, accepimus; uel inquam omnes consentiunt, ut tradit S. Hieronymus; demum quae nec diuina legi, neq; fidei, neq; historiae sacrae refragetur, quae omnia à traditione uestra procul sunt. quam solida est, & antiqua? à Lascare ortum fecit, qui Epistolam euulgauit, certè non ante Lascarem, id est non ante annos CXX. quorum aeuo graecas literas Messanae cum laude profitebatur; ante id temporis nunquam de Epistola auditum, aut à quoquam scriptum, dictumue. En antiquitas, & primordium traditionis Lascaris? Dein neque in Epistolam omnium consensus est, plures contra sunt, euertuntque, qui uiri? prohi, doctiq; Demum quae traditio est ista, quae pugnat cum libris sacris, & canonica fide firmatis? planeq; pugnare superius à me probatum est. quae igitur mendaci fame sit fides? Audio uoces uestras: traditio haec pietatem fouet, proin noli subuertere. Piam esse traditionem fateor, haud tamen ex pietate illi ad ueritatem robur. Colores iridis oblectamento sunt oculis, nec solidi sunt, gemmae, aurumq; adulterinum delectant intuentes, neq; illis pretium. Ego uero quamquam Epistolam non receperim, non eiecerim; ne pietatem uestrae urbis palmarij certe oratoris eloquentia illustrandam imminuam. Quin silentio uenerabor, sed firmare esse animus, hac consulo uos uiri nobilissimi bene ualete.

Y

Et

Et nos tibi quoque ex animo bene valere Aristarche optamus, precamurq; nam non valere multis argumentis, tuisq; te verbis conuincō. Ais, velle te silentio venerari nostram Traditionem, quam tamen apertissime contradicis, nunc vanam, nunc fictam, prædicando, sed hoc vt artificiose, oratoricq; dictum dari potest aduersario, non amico, quamuis amicus à nobis velis haberi. rursum, ais, animum tibi esse eam firmandi, ah! ah! quis cordatus hoc credat? quando non eam infirmasse modo: sed euertisse te iactas non semel, sed & hoc <sup>si potueris</sup> à te dictum, parco, quippe malè affectus animus fortassis id minime cōcesserit. Ais demum, te quidem Epistolam non recipere, sed nec eijcere, ne Messanenſium pietatem imminuas. O candidum pectus! ò animum religiosum, & amicum! quid hoc est, si non est parum sanæ mentis, vel animi iudicium? nuper contra libros sacros, & canonicam fidem eam pugnare à te planè probatum dicebas; nunc religiose caues, ne eam eijcias. Vide porro vtrum valeas Aristarche, qui tecum pugnas: nam, quæ contra fidem, etiam si speciem pietatis præsehabeant, non modo non recipienda, sed eijcienda omnino: Verborum satis, non tecum mihi pugna, sed pro veritate, & pietate defensio. Ab arce Traditionis expellere nos, contendis; nobis contra in ea nos, illamq; tueri stat animus. ad rem accedamus. Traditionem duplicem facis, veram, vanam audio: vera, quæ solida, & antiqua; vana, quæ fallax, quæ inanis, fabulifq; anilibus proxima, nihil hoc verius. Ea vero solida, & antiqua, quam Ecclesia, omnesq; recipiunt; nec refragatur diuinæ legi, aut fidei, aut historiæ sacre, hic siste, hic docendus in parte, Aristarche. aliud est loqui cum Augustino, & Hieronymo de vniuersali; aliud de priuata Ecclesiarum traditione: hæc, vt solida, fideq; digna sit, non est necesse, vt omnes viri orthodoxi cum Ecclesia vniuersali in eam conspirent, vt suo loco latè ostendimus; alioqui non solidæ, nec recipiendæ essent Aristarcho priuatae traditiones aliquarum Ecclesiarum, quia vniuersa Ecclesia eas non recipit; nec omnes scriptores. Satis ergo, si quæ priuatae Ecclesiæ traditione maiorum seruant, vniuersalis Ecclesia non reprobat, & sciens, volensq; retineri à populis permittat; quid si foueat? & quamuis Scriptorum aliqui satis pauci, ob non bene sibi probatæ, perspectæq; veritatis suspicionem dubitent, & pro apochryphis, hoc est incompetæ certitudinis illa habeant, quæ traduntur;

duntur ; satis est si alij plures , & graues , & fide digni amplectantur. plus audet Aristarchus contra nostram traditionem , & non solum eam nec ab vniuersa Ecclesia, nec ab omnibus scriptoribus vnanimi consensu receptam contendit ; sed & contra fidem canonicam, sacrosq; libros pugnare, nec Lascare antiquiorem esse. quæ omnia , quia procul, omnino ab ea esse euicimus ; & Ecclesiam potius eam firmare , fouereq; non sola permissione , sed etiam datis indulgentijs ijs, qui capellam Virginis della letera, rite visitauerint die 3. Iunij. quando in huius rei memoriam celeberrimum festum agitur , tum scriptores, (si vnum , & alterum excipias) quamplures esse pro nostra traditione, eosq; pios, & doctos, qui vel eam aperte recipiunt, vel in eam piè inclinât ; tum præterea nihil à fide, sacrisq; libris alienum in ea reperiri satis ostendimus; demum quando eam valde antiquam, vt vel antiquissimæ tabulæ, & monumenta ostendunt, & à nulla hominum , quod sciatur, memoria, & solum Lascarem traductorem Epistolæ, non auctorem agnoscere demonstrauius ; Aristarchum non moror ; filumq; nostræ apologeticæ disputationis in honorem Patronæ Virginis, Patriæq; Virginis amantissimæ susceptæ abrumpo , & finio . Sed adhuc verbum vnum pro defuncto Lascare tam de hac Messanensi traditione benemerentissimo , qui se contra Aristarchi iniurias tueri non potest. neq; enim fas est, vt quem viuentem pro merito suo Italia suspexit , demortuum ab anonymo conuicijs male haberi patiamur Messanenses , quos ille viuens suæ sapientiæ, suæq; bibliothecæ , moriens heredes instituit. *semper enim heredis interest, vt ait iure consultus , defuncti existimationem Purgare.*

*Vlpian. li.  
1. 5. quo-  
ties de in-  
iurijs.*




CONFIDENTIAL

[The following text is extremely faint and illegible, appearing to be a multi-paragraph document or report.]

CONFIDENTIAL

[This section contains a block of text that is also illegible due to fading.]



# CONSTANTINI LASCARIS

## B I Z A N T I I

Viri eruditissimi, & ab Aristarchi criminationibus vindicati.

### E L O G I U M.



**A**RISTARCHVS, dum in Epistola Deiparæ ad Messanenses euerienda totus est, vt iam vidimus, vltimo loco ita acriter, inimicèq; fertur in Constantinum Lascarem, virum aliqui innocentem, & vt illum vocat Cardinalis Bembus, Sanctissimum, qui eam Epistolam de græco in latinum vertisse traditur, vt lineam transiliat. illum Bizantio profugum, mendacem græculum, & doctum virum quamuis, (nam hoc dissimulare non potuit) tamen Messanensium gratiæ adstrictum mendacia cofuisse, eam Epistolam de suo confixisse, & pro veris vana vendidisse affirmare non dubitauit. quæ omnia homini docto, & pio falso imposita. Equidem, vt publicis ob signatisq; tabellis actum est, Lascaris Epistolæ traductor, non auctor; & Traditio Messanensis Ecclesiæ Lascare antiquior. Profugus Bizantio Lascaris, non nego, & ipse vltro fatetur, sed ob Religionem; quod potius gloriæ vertendum. genere græcus, sed non fide græca; qui, ne vitam amitteret fidem, patriam amisit; multo minus de mendacio suspectus, qui doctrinæ celebris, moribus candidus, & ad aliorum narus utilitatem videtur, vt eius nauati labores in iuuentute instituenda, saris declarant. Messanensibus quidem obstrictus, quod apud illos ab exilio amanter, liberaliterq; exceptus se dem elegerit; liberum  
tamen

tamen ad veritatem ingenium habuiſſe, eius docta monumenta teſtantur. Quis itaq; qualis, quantuſq; vir fuerit Conſtantine Laſcaris, paucis habe, amice lector, & veritatis amator.

Conſtantine igitur cognomento Laſcaris, ( non Laſcarus, vt malè, ſineq; exemplo Ariſtarchus ) domo, genereq; Bizantus, & ex Auguſta Laſcareorum familia, ea tempeſtate in Italiam profectus, cum in Turcarum poteſtatem Bizantium venit; id accidit circa annum domini 1430. Ea occasione quamplures nobiliſſimæ familiæ vt Comnenorum, Paleologorum, Catacuſinorum, Angelorum, Laſcaræoſumq; barbarorum irruptionem declinâtes aliò, atq; aliò per Italiam, Illyricum, & Galliam ſedem ſibi quærere, coactæ ſunt. tunc græcæ literæ veluti è patrio ſolo tranſplantatæ ſecus decurſus aquarum veræ, puræq; Religionis vberius apud nos florere cœperunt, & magno cum fructu, quem ea ſtatim collegit, guſtauitq; ætas in Marſilijs, Pôtanis, Naugerijs, Bembis ſexcentiſq; alijs. Eorum in numero, qui pro ſeruanda Religione, vtrò è patria exularunt, fuere Ioannes, & Conſtantine Laſcaris, per quos, ( verè dictum, ) in Latium Græcia tota venit.

Conſtantine noſter, antequam Meſſanæ ſedem fixam haberet, Mediolani primum ſub Franciſco Sforzia Urbis Principe, & Eruditotum ſtudioſiſſimo græcas literas, & cum laude cœpit docere; vbi poſt aliquot annos amicorum rogatu multa, quæ ad eius linguæ rudimenta conducunt, typis euulgauit felici, vt & ipſe de ſe loquens candidè fatetur, euentu; nec ſemel. Romæ aliquando fuit, vbi cum Cardinale Beſſarione viro græcè, latineq; perito propter ſtudiorum communionem magnam contraxit neceſſitudinem, ab eoq; multa beneuolentiæ ſigna ſe accepiſſe fatetur. Docuit etiam publice Neapoli eloquentiam, & græcas literas auitu Regis Ferdinandi primi, vt patet ex eiufdem Regis priuilegio, cuius particulam hic adnecto, vt appareat quam honorificè, magnificèq; de Conſtantino ille ſenſerit. *Quam obrem cum celebris veſtra ſit fama, & nobis locupletium teſtimonio perſpectum ſit, quantum prudentia, quantum bonis moribus, quantum eloquentia, & bonarum artium ſtudijs valeatis. quippe qui ſex annis Mediolani Urbis inter ceteras Italas florentiſſima, ac celeberrima, veſtræ virtutis, & doctrinæ periculum feciſtis, & publice legendi officium exercuiſtis & probitatis, ac ſtudiorum dediſtis exempla maxima. decreuimus vos ad lecturam græcorum auctorum, Poëtarum ſcilicet, & Oratorum in hac Vrbe*  
Nea;

Ex Priuilegio Regis Ferdin. I. quod accipi ab Att. D. Cœſt. Cact.

Neapolis ad publice legendum præficere, fredi moribus vestris, & literis: & confisi per vos græcarum literarum doctrina ad frugem aliquam nostrorum dilectissimarum studentium ingenia peruentura. Tenore itaq; presentium vos eundem Constantinum ab hac hodierna die in antea ad nostri usq; beneplacitum, facimus, constituimus, decernimus, & ordinamus Rhetorem in hac Urbe Neapolis, ac ad eloquentiæ lecturam exercendam publicè præficimus cum annua prouisione. &c. talis nimirum erat Cōstantinus fama, eruditione, & virtute notissimus, cum Messanam venit. non qualē ex suo ingenio, & genio describit Aristarchus. Igitur Messanz demum in Sicilia, (quam, & propter cœli amantiam, & propter Græciæ communicationem sui domicilij sedem elegit,) publico salario cœpit iuuentutem instituere in omnem humanam litteraturam sub Rege Aragonio Ioanne, circa annum domini 1465. insigni Messanensium profectu, nec minore sui nominis fama. ad illum audiendum nobiles ex Italia, adolescentes à parentibus missi, inter quos Petrus Bembus Bernardi filius, qui postea ob suam eruditionem Cardinalis creatus à Clemēte VII. is ad parentem scribens sic de Lascare præceptore loquitur per quam honorificè, *decimo die Siciliae resigimus nauis, sed absterfit nobis omnem molestiam Constantini Lascaris humanissima congressio, qui nos excepit libentissimè, & liberaliter est pollicitus, id re præstat. Erudimur enim mira ipsius diligentia, tum amore prope paterno, omnino nihil illi sene humanius, nihil sanctius. hæc Bembus in primo iuuentutis calore de præceptore suo benemerentissimo. sed quam idem ætate maturior erga illum memoriam seruauerit non ingratus, audiamus, sic ille ad Franciscū Maurolycum Abbatem, & ipsum Constantini auditorem, suiq; temporis alterum Archimedem omnium voce, caue putes, vllas ad me litteras amabiliore ijs, hoc anno toto fuisse per latas; nam, & illius tēporis, quo Messanæ græcorum ediscendis litteris fui, omnibus alijs, quæ deinceps vixi, temporibus nō iucandioris modo, sed certè etiam fructuosioris, & Constantini Lascaris optimi, Sanctissimiq; viri, qui me erudit, memoriam ad meos sensus, atq; animum commemoratione reuocatam excitasti. Vide quantum Messanenses Lascaris sanctitati, & eruditioni debeamus, qui Messanam suo tempore tam celebre græcarum literarum gymnasium reddidit; vide quales habuerit inter alios auditores, Petrum Bembum, & Franciscum Maurolycum, addè & Franciscum Pharaonē grammatices scriptorem nō vulgarem, viros satis notos. Sed quantum*

*Bembus lib. 1. epist. ad Bern. Patrem.*

*Lib. 6. epist. ad Franc. Maurolycum.*

*Lib. 5. sue grammaticæ*

iuuen-

Lib. 3. de  
erāmaticæ

iuuentus profecerit sub Lascare præceptore, satius est ab ipso au-  
dire, pleriq; (sic ille de suorum discipulorum profectu) *ab umbratili  
ad veram picturam peruenerunt per viuam vocem, & diligentiam, ut  
lingue elegantia demulcti optent diligenter scire eius profunditatem,*  
&c. quibus post Ophæi argonautica satis obicura pollicetur, se  
explanatarum homerocissimi, sic ille, Cointi poeseon, quem à Car-  
dinale Bessarione inuentum se accepisse scribit. ò tempora! quam  
diuersa huius ætatis ab illa Mamertinæ iuuentutis facie!

Utilitati publicæ ubi se totum dedit Lascaris, non solum voce,  
sed stylo quoq; alijs iuuantem esse nō destitit. scripsit græcā gram-  
maticen, opus plenum, & spissum, quam variam, & difficilem ipse  
appellat, & veluti quoddam immensum pelagus, in quam congest-  
sit via, & ordine, quæ sparsim alij. *nam cum omnium ferè aliorum  
scripta legerit. ( sic eius operis euulgator in præfatione, ) & se totum  
ad instituendos latinos adolescentes accomodarit, quæ ad grammatices  
scientiam pertinent, adeo feliciter executus est, ut omnes alios post se  
longè reliquerit.* Scripsit præterea breuiarium illustrium virorum  
Galabriæ, Siciliæq; illud Alphonso Calabriæ duci, hoc Ferdinan-  
do Acuniz Siciliæ Proregi inscripsit; vtrumq; deinde rescripsit  
Maurolycus Abbas in sua Sicanica historia Iuliano de Centelles  
Messanæ Urbis stratego, cuius rogatu vitam Sancti Demetrii Me-  
galo-martyris collegerat ex græcis menæis, dedicauit. Reperi-  
etiam in tabulario Messanensi homiliam ex græco codice perue-  
tusto in Monasterio Sanctæ Marię vulgo dicto de Trapizomata,  
propè oppidum Sanctę Agathę reperto, latinè factam à Lascare;  
in ea fit mentio aduentus Pauli Apostoli Messanam, & Barchyrij  
consecrationis in Episcopum eius Ecclesię. Vertit præterea in gra-  
tiam Catinensium Martyrium magnę Virginis Agathę à Meta-  
phraste conscriptum, ubi ancipitem vocem illam *γυνυδιεα γυνυδιεα*  
quę ansam dedit magnā nonnullis existimandi Beatam Agatham  
Panormitanam fuisse, non ortam, sed oriundam transtulit, ut vi-  
dere est ex M. S. libro thesauri Messanensis, vnde aliqui Societa-  
tis Iesu Patres transcribere. Audio & extare quędam alia tanti viri  
monumenta.

Francisc.  
Mauroly.  
lib. 1. i. flor  
hic.

Verum enim vero adeò charus vixit Messanensibus Lascaris, ut  
illum Ciuitate donarint, & tamquam sapientię Oraculum suspe-  
xerint; contra ille Messanam patriam suam habere, Messanenses  
ciues suos solitus dicere, ut ex eius scriptis palam fit. tanta deniq;  
valuit

valuit apud omnes auctoritate, & nominis celebritate, ut si quando in suis libris de se loqui exempli gratia contingeret, tamquam à nomine satis notum se Constantinum Antonomasticè appellaret.

Sic aliquo in loco Ὁ Κωνσταντῖνος ἐν Μεσσηνίᾳ τῆς Σικελίας διδάσκει τὸς ἑαυτὸ μαθητὰς ποιητικὰ, καὶ ρητορικὰ μαθήματα *Constantinus Messanae in Sicilia docet suos* *discipulos poeticas, & Rethoricas disciplinas. & alibi εἰ μαθηταὶ διδάσκονται ὑπὸ Κωνσταντῖνου γραμματικῶν id est discipuli docentur à Constantino grammaticam.* frequēs est Lascaris in aff rendis de se exemplis. ex quo non mediocriter venio in suspicionem eum fuisse cælibem, & sacerdotio insignitum; nam aliud paradigma traditurus *θεῶν* inquit, τῶν θεῶν θυσίαν ἀναγκαστικὸν *Sacrificio Deo sacrificium incruentum, & verò eruditio, & pietas, quæ multa in Constantino, cum eo vitæ genere coniuncta esse solent, ut meritò illum Bembus appellavit optimum, Sanctissimumq; virum. Dixi multam fuisse in Constantino animi pietatem præter eruditionem: discite ex eius verbis in proœmio lib. 3. suæ grammatices, non enim, inquit, gloria vana, neque pecuniarum spe, neque laudis tantum suscepi laborem; sed utilitatis studiosorum gratia, quos si quis iuare cum possit, detrederet, invidus, proditor, & occultati talenti reus iure arguetur. quid enim nobis lucri, si quæ didicimus, alijs haud impertiamus? vel quomodo non mali, aut pauciscj babeamur, si quæ cum labore cognouimus, communia cum alijs facere negligamus, vel voce, vel scripto? & hoc maxime tempore, &c. hæc ille. proh! quam solidè! quam piè! quam candide!*

Græmat.  
ib. 2

In pro-  
mio lib. 3.  
grāmaticæ

Præter eruditionem variam, præterq; animi religionem, & mores candidos non fuit Lascari postremum studium eruendi græca monumenta iam deperdita, sistendi fugientia, quæquæ extarent, ex occasione illustrandi; ità ille alicubi de se. *non enim proposui accusans errores corrigere, sed omni studio antiquorum reliquias congregando in lucem reducere, quod & præstitisse scribit in Orphæi argonauticis, quæ olim neglecta, & nuda nomina, à se tandem Mediolani reperta exscripsisse, & Mamertinæ iuventuti publicè explanasse, affirmat.* Lascaris item antiquitatū eruendarum, illustrandarumq; studio debemus Messanenēs magna ex parte, quæ de postremo Apostoli Pauli aduentu Messanam, & de Barchynj Episcopi cōsecratione ex M. S. codice supra dedimus. ipsius opera habemus latinè factam Epistolam B. Mariæ semper Virginis ad Messanenēs, ab ipso Messanensis Ecclesiæ traditionem illustratam, & à Lascaris studio tandem putauerim additas Virginali Epistolæ notas

In pro-  
mio lib. 3. grāmaticæ.

anni, & indictionis, vt ſcilicet inde facile conſtaret ex anno datæ Epistolæ, quo tempore contigerit primus Pauli aduentus Meſſanam: quæ res, & ſi pio vulgo cauſa fuit opinandi omnes eas temporum notas fuiſſe à Virginis calamo aduerſarijs de falſitate, & fictione Epistolæ dubitandi; apud prudentes tamen rerum æſtimatorum Laſcari laudem, firmitatem Traditioni conciliat nō medio-crem, vt ſuo loco oſtendimus.

Redeo ad Laſcarem; qui vt viuens ad ſenectam uſq; de Meſſanēſibus bene mereri numquam deſtitit; ita morti proximus copioſam, ſelectamq; quam ſibi magno ſtudio comparauerat ex græcia, bibliothecam publico Meſſanēſium uſui teſtamento legauit. eam Senatus in ſuo Urbis tabulario quam decētiffimè ſeruati curauit, tamquam *μνημόσυρον* amantiffimi ciuis, benemerentiffimi hoſpitis, & præceptoris ſapientiffimi: quam, qui vidit Georgius Gualterus magnæ Vir eruditionis, & Sicilienſium antiquitatum ſtudioſus inquirer, haud parem ſe vidiffi in vniverſa Sicilia teſtatur.

*Georgius  
Gualt. in  
not. ad ta-  
bul. Sicil.  
ſel.*

De mortuo Laſcari de publico ære parentatum magno cum honore, nec minore omnium mœſtitia, & deſiderio tanti viri, Sepelitur in Eccleſia Carmelitanorum in Sepulcro marmoreo, & cum illo græcæ litteræ, quæ Laſcare viuo floruerant, eo mortuo etiam ſepultæ. Eius Sepulchrum paucis ante annis dirutum cum dolore vidimus, & doluimus vices temporum, quæ nec marmoribus ipſis parcere nouerint. Quare tanti, tamque Religioſi viri memoriam, quando non excitare ex arido cinere licet, nec diu inſculptam marmore ſeruare, ſaltem hoc breui Elogio vindicare animus fuit à temporum, hominumq; iniurijs; ne Meſſanenſes de tam bene merenti præceptore, aut immemores, aut minus grati videamur. Vtque omnes intelligant, Conſtant num Laſcarem minime fuiſſe verbi vendulum, aut ſycophantam, nec obſcurum ex fœce plebis hominem, aut extriuio doctum, multo minus mendacem, vt Ariſtarchus malè affectus male obloquitur; ſed verò virum genere, literis, ac pietate præſtantem, cui non Meſſana modo, verum Italia tota pro illius meritis multum debeat, ſed de Laſcare ſatis.

Hæc habui bone lector, quæ pro tuenda Epistoſa Dei Matris ad Meſſanēſes, pro firmanda traditione, de prædicatione Apoſtoli Pauli in Sicilia, hoc eſt pro veritate, & pietate diſputarem. Rem confecerim; Aduerſariorum obiecta ſoluerim; tibi in coniectando fatif.

Siue de Epist. B. M. V. ad Messan,

159

fatisfecerim, tuum esto iudicium. mihi hoc sufficit in honorem, Patronæ Sanctissimæ ingenium, stylumq; exercuisse, fecisse satis amicis confido; non amicis spero; inimicis, si qui sunt, non curo.

*Et qui secundum Apostolum (placet hanc tractationem cum magno Doctore Augustino claudere,) ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. dixi de his, & si non quantum est, tamen quemadmodum me dicere debuisse credidi. Si ergo vera sunt, quæ scripsi, tibi gratias ago Christe, quia de SS. Virg. Matre tua, nisi quod pium est, ac dignum visum, sentire non potui. Si ergo dixi, ut debui, approba Christe tu, & tui. Si autem non ut debui; ignosce obsecro tu, & tui, qui cum Deo Patre. & Spiritu Sancto vivis, & regnas per omnia secula seculorum. Amen.*

S. Aug.  
ser. 4. de

Laus Deo Vni Trino,  
Laus Christo Homini Deo,  
Laus Mariæ Virgini Matri.



Z 2

BRE;





**BREVIARIUM**  
**PEREGRINATIONVM**  
**S. PAULI APOSTOLI**  
 PER ANNOS CHRISTI, DEIPARÆ,  
 Eiusdemque Pauli, & Cæsarium  
 Digestarum.



**V**T in promptu haberi possit, quo tempore commodum fuerit Apostolo Paulo in Siciliam ire, unde coniectatio nostra de aduentu eiusdem Messanam non semel tantum, sed pluries magis elucidetur, operæ pretium facere existimaui, eius peregrinationes breui chronotaxi collectas lectori apponere. Sed prius statuendum, quo ille Christi anno fuerit conuersus.

S. Ioannes Chrysostronus hoc de Principibus Apostolorum, siue ex vetere traditione, siue potius ex reuelatione ipsiusmet Pauli, indubitanter affirmat illum lxxvij. annos vixisse, ex his xxxv. in Christi obsequio, gentiumq; cōuersione positos. Chrysostronum sequitur Michael Glycas siculus. restat, hoc posito, illum fuisse conuersum suæ ætatis anno trigesimo tertio iam expleto, & trigesimo quarto currente, quod vt certum supponunt fere omnes scriptores Ecclesiastici. Nec aduersatur S. Lucas act. 7. qui illum adolescētē appellat in Stephani necē. vox enim *νεανίας*, vt pluribus græcorum testimonijs docet Budæus, virum acrem, magniq; spiritus, & audacem significat. quia vero audacia iuuentuti

*Ex to. 5.  
 operum S.  
 Chryf. &  
 citatur a  
 Baron.  
 Per. Sera.  
 rio.  
 Glyc. an-  
 al. lib. 3.  
 Baron.  
 Perer.  
 Ser.  
 Iustina.  
 Cornelius  
 ex Per.  
 in epist. ad*

Roma. &  
Lerino in  
Sta.

Serar. in  
Paulo 1. p.  
nu. 17. &  
18.

tuti, viriliq; etati communis est: hinc fit, vt apud auctores  
adolescentes dicantur etiam, qui virilem etatem sunt ingressi. Idq;  
omnino in Paulo fuisse acute probat Serarius, quippe ille in Ste-  
phani nece proiudicem agebat, quod innuitur illis verbis. *Saulus  
autem erat consentiens neci eius, & magis confirmatur ex depositio-  
ne vestimentorum lapidantium ad pedes Sauli, tamquam perso-  
nam publicam referentis, & hoc volunt Patres, qui sic aiunt Ste-  
phanum à Saulo lapidatum manibus omnium. quis autem existi-  
met illum consensisse in re capitali, manibusq; omnium lapidas-  
se, & non ex munere? omnemq; tollit dubitationem idem Paulus,  
qui coram Rege Agrippa Act. 26. ita de se fatetur; & ego quidem  
existimaueram me aduersum nomen Iesu Naxareni multa contraria  
agere, quod & feci Ierosolymis, & multos Sanctorum ego carceribus  
inclusi à principibus Sacerdotum potestate accepta, & cum occideren-  
tur, detuli sententiam. qui credi potest iudicis munus in re tanti mo-  
menti à Sacerdotum Principibus adolescenti, & non potius viro  
demandatum? Hæc de anno etatis Pauli ad Christum conuersi.  
nunc de anno Christi, de quo aliqua est controuersia, statuendum.  
nam ex eo suos quoq; itinerum annos recenset idem Paulus in  
Ep ad Galat. cap. 1. & 2.*

Ex Serar.  
in Paulo  
Christia.  
p 2. nu. 1.

Mag. hist.  
scholastic.  
c. 46.

Sunt qui asserant eius conuersionem accidisse anno à Christi  
ascensu in cælum primo, alij secundo, vtraq; sententia suos ha-  
bet patronos. rem ita expedit, ac componit Magister hist. scholast.  
*nec te moueat, inquit ille, si quando legatur conuersio Pauli facta primo  
anno dominicæ passionis, quandoq; autem secundo anno: alterum enim  
de anno vsuali, alterum autem de anno emergenti dicitur. Si enim com-  
putes primum annum dominicæ passionis à Calendis Ianuarij, qui est an-  
nus vsualis, tunc secundo anno conuersus est Paulus. Si autem computes  
ab ipso die passionis vsque in sequentem diem anniuersarium passionis  
reuoluto anno, qui est annus emergens: sic primo anno dominicæ passionis  
conuersus est Paulus, hæc magister, & valde probabiliter. Neq; enim  
tot sunt ea, quæ inter Stephani necem, & Pauli conuersionem  
accidere, & recensentur in actis, quemadmodum ostendit Sera-  
rius, vt spatium triginta dierum fieri non potuerint.*

Serar.  
sup. cit.

Hac posita concordia ponimus Pauli cōuersionem anno Chri-  
sti xxxv. iam cæpto. Deiparæ ex magis communi opinione xlix.  
currente. Pauli xxxiv. vt dictum est. Imperij Tiberij Cæsaris xix.  
item inchoato Igitur

Anno

Anno Christi XXXV. Deiparæ XLIX. Pauli ætatis XXXIV,  
 Conuerſionis I. Tiberij Cæsaris XIX iam cæptis.

**S**Aulus post Stephani necem adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini, dum appropinquaret Damasco in via cœlesti voce, & lumine in terram prostratus in alterum virum mutatur precibus totius Ecclesiæ, & Deiparæ præsertim, quæ cum Ioanne non procul ab agonizante sub lapidibus Stephano de genu orabat, & pro Stephani victoria, & pro Sauli conuerſione, Iussu domini ad Ananiã ducitur ad manus, à quo visum recipit, baptizatur, reficitur, quod de Eucharistia existimant aliqui. In baptisate Pauli nomen accepisse diuinitus putat S. Chrysoſtomus: probabilius quod sentit Origenes binominem fuisse à circumcissione, quod erat Iudæis frequens, toto illo triduo, quo cœcus permansit non manducans, neq; bibens, per reuelationem à Christo docetur Euangelium, quare vt ait Aug. *non tam ab Anania, quam à Christo processit Apostolus.* per dies aliquot, tres putat fuisse Chrysoſt. Damasci subsistens palam Christum fatetur cum magna admiratione, & confusione Iudæorum, nec minore discipulorum lætitia, & gratulatione. Moxque non acquiescens carni, & sanguini, suisq; contribulibus, qui eum Damasci detinere cupiebant, portaturus Christi nomen in gentes, in Arabiam proficiscitur, vbi tres continentes annos versatur, hunc scilicet, & duos insequentes.

Act. 7.

Christoph. castio in hist. deip. cap. 18.

Orig. præfat. in ep. ad Rom.

Ser. p. I. num. 6.

Ser. in sæsto Sch.

Ex ep. ad Galat. c. 1.

Anno Christi XXXVI. & XXXVII, Deip. L. & LI.  
 Pauli æt. XXXV. & XXXVI. Conuerſ. II. & III,  
 Tiber. XX. XXI.

**D**Vbitatur à plerisque, quid rerum Paulus in Arabia gesserit hoc toto triennio, & an vno in loco fixus. S. Hieron. negat in Arabia prædicasse, sed tantum sibi vacasse, & Deo in illis locis desertis. affirmat Chrysoſtomus, & pro suo zelo, & animi feruore gessisse multa, scripsisse de se nihil modestiæ causa. Lyranus existimat totam lustrando prædicasse. Card. Baron. cum alijs addit peruenisse vsq; ad Arabiam felicem, ibiq; conuenisse Reges magos, qui ab Apostolo Thoma baptizati in viuis erāt ex L. Dextro,

Hier. & Chryſt. in cap. 1. ad Galat.

Lyran. in c. 9. actor.

Baron. ad an. apud Serar. p. 3 n. 25.

*Iuſtin. in  
epiſt. ad  
Rom. n. 19*

tro, qui ponit eorum martyrium anno Chriſti lxx. non diu tamen in Arabia fuiſſe cōmoratum plures ſentiunt, & ipſe Paulus innuere videtur. Benedictus Iuſtinianus aliter ſentit, aliterq; explicat Pauli verba. *Damaſco, inquit ille, in Arabiam profectus triennium totum in ea regione poſuit. mox Damaſcum rediens Ieroſolymam una cum Barnaba profectus eſt, quidquid ſit de hac commoratione, illud certum, ſtatim à ſua conuerſione ſe in Euangelij prædicationem, & gentium conuerſionem dediſſe, vt ex epiſt. ad galat. cap. 5. licet aduertere.*

*Anno Chriſti XXXVIII. Deip. LII. Pauli et. XXXVII.  
Conuerſ. IV. Tiberij XXII. qui illi poſtremus.*

*Tib. Imperat. obiit  
17. Mart.*

**E**X Arabia iterum Damaſcum reuerſus inſidias patitur à ſuis; quare per murum in ſporta demiffus clam illas cogitur declinare. Ea occasione accepta Ieroſolymam aſcendit videre Petrum, non curioſitate ductus, vt loquitur Herony. aut diſcendi ſtudio, ſed honoris deferendi priori Apoſtolo, & conferendi cum ipſo ſuam fidem, vtq; rationem eidem ſuæ Conuerſionis redderet, quod probabile admodum eſt tum ex Petri authoritate, tum ex Pauli humilitate, Ieroſolymis nullum alium Apoſtolorum inuenit præter Petrum, & Iacobum, (quod fortassis accepto iam fidei Symbolo paulo poſt Chriſti. Aſcenſionem in ſuas quiſque prouincias diſceſſerat.) Neq; Ieroſolymis licuit Paulo amplius commorari, quam diebus quindecim, vt ipſe affirmat. quid interea geſſerit non adeo apertum. S. Lucas tantum meminit eius manuſcriptionis per Barnabam ad diſcipulos, qui de eius conuerſione aut neſcij, aut dubij (quod ſtatim in Arabiam abſceſſerit,) ab eo fugiebant. quis dubitet illum quoq; ad Dei Matrem, ſi illa tunc Ieroſolymis erat, adductum, ex eiufq; conſuetudine multum profeciſſe? per eos dies ſcribit Metaphraſtes edoctum fuiſſe à Petro Eccleſiaſticas conſtitutiones, & canones, & ad opus, ad quod fuerat vocatus, dimiſſum. Illud quoq; ſatis verofiſſimum, quod ex Ambroſio colligit Gaſpar Sancijs, ab eodem Petro didiciſſe, quas illi in prouincias eſſet diſcedendum, (licet enim Apoſtoli in iurisdictione eſſent æquales, tamen, vt ait Ambroſ. Petro Dominus demandauerat curam Eccleſiarum) ne ſupra alienum fundamentum, vt ipſe poſtea ſcripſit, ædificaret. His item diebus Paulum,

*Ex Hier.  
& Anſel.  
in c. 1. ep.  
ad galat.*

*Et Aug.  
ſer. 181. de  
temp.*

*ex Chriſto  
ph. caſtr.  
in hiſt.  
Deip c. 18  
adnotat. 1*

*Metaph.  
ſer. de S. S.  
Apoſt. apud  
Suriũ  
29. Luny.  
Gaſp. ſã  
cius. in La  
cobol Mai.  
cap.*

& in

& in Sacerdotem, & Episcopum consecratum credibile est, imò & à Petro in sui muneris partem admissum, & suum coapostolum renunciatum, & dimissum ad prædicandum ingentes. Sed de his plenius, enucleatiusq; suo loco dictum. Ergo coactus statim discedere ex Ierosolymis Paulus, vt euaderet Iudæorum machinationes, se totum in iaciendo Euangelij rete per omnes græciæ, aliasq; regiones contulit, quod docebunt tres anni sequentes.

*Anno Christi XXXIX. XL. & XLI. Deip. LIII. LIV. LV.  
Pauli et. XXXVIII. XXXIX. XL. Conuers. V. VI. VII.  
C. Caligule I. II. & III.*

**I**N annum xxxix. Christi collocat Baron. Cathedram Petri Antiochię, cum alij año præcedenti assignēt, vbi sedet per ānos vij. non sine aliqua excursione ad Iudæos, & Græcos. Quid porro à Paulo tribus his annis sit factum, silet omnino S. Lucas. tantum ait ab Ierusalem Tharsum descēdisse, quo in loco à Barnaba quęsitus, & repertus, Antiochiam deductus est. id tamen non accidit ex concordia scriptorum sensu nisi anno Christi xlij. sub initium Imperij Claudij. Igitur inter discessionem ab Ierusalem, & hanc Antiochenam profectioem tres, quatuorue fluxere anni, vt optime deducit Serarius, quo tempore innumeras percurrit gentes, & regiones ex Chrysofomo. Inde; probabilitas nostrę coniectationis apparet, qui circa hoc tempus, nimirum anno Christi xli. adsignamus primum Pauli aduentum in Siciliam, vt videri potest ex cap. 8. 9. & 10. lib. 1. vbi posita vetere Ecclesię Messanensis Traditione, id ex S. Chrysofomo ex eodemq; Paulo conuincere studuimus, non sine approbatione magnorum virorum præcipue Maximiliani Sandaci, & Theophili Raynaudi, Ioannis Baptistę Lezanę, aliorumque ab eruditione Ecclesiastica notissimorum, ad quem locum lectorem remittimus.

*Caligula  
imperium  
suscepit. a  
die 17.  
martij an  
ni præce-  
dentis.*

*Serar. par.  
3. n. 28.*

*Anno Christi XLII. Deip. LVI. et. Pauli XLI. Conuers. VIII.  
C. Caligule IV. nec integro, cui succedit Claudius.*

**A** Septembri anni præteriti, quo mense creditur Paulus Messanam in Siciliam prædicatum venisse, vsq; ad Iunium mensem huius anni, quo traditur Deiparentē ad Messanenses scripsisse

A a

cele.

*Ex Caſtro  
in chrono-  
log. Deip.  
adhuc an-  
num.*

celebrem illam Epistolam, vel ab ipsa calumnia claram, sed mi-  
raculis clariorem. cuius memnere plurimi, & graues auctores, li-  
berum fuit Paulo per Siciliam orientalem discurrere tamquam  
Christi exploratori, vbi multa loca suo vestigio consecrauit, dein-  
de cum Messanenſibus legatis Orientem repetere ad B. Virginem,  
& ad Petrum, Petrumq; coram edocere de fructu suæ prædicationis,  
totiusq; quadriennalis peregrinationis. Denique Tarſo Bar-  
nabas, quo illum quæſitum iuerat, Antiochiam deducit, vbi an-  
num totum inſumunt docendo, prædicando, vt habetur ex  
Actis cap xi.

*Anno Christi XLIII. Deip. LVII. et. Pauli XLII.*

*Conuerſ. IX. Claudij. I.*

*Metaph.  
et. cit. G.  
Baron. ad  
ann.*

**A**ntiochiæ prædicantibus Paulo, & Barnaba fit magna gen-  
tium accessio ad fidem, ibiq; primum Discipuli cognomi-  
nati Christiani. Petrus plures ex ea Vrbe destinat Episcopos in  
diuerſa loca, & in Siciliâ Marcianum Syracusis, Pancratium Tau-  
romini præficit ex Metaphraſte, si tamen non secum adduxit, vt  
volunt alij. ipse in Cappadociâ, & Galatiam ad Iudæos ob perfe-  
ctionem dispersos discurret, in qua persecutione Iacobus occi-  
sus, Petrus comprehensus, sed ab Angelo liberatus causa mittendi  
Episcopos Syracusas, & Taurominum præcipuas tunc Sicilię Vr-  
bes, ea defacili potuit esse, quod Paulus per eas prædicando di-  
scurreret. cur autem non Messanam? quæ & in eodem maris tra-  
ctu, & totius Insulæ, ex Senatus Romani decreto Princeps, quia  
scilicet, vt suo loco docuimus. Sum Bachylum Paulus Ecclesie  
Messanenſiam præfecerat. Hoc anno Mariam cum Ioanne  
Herodiana perſecutioni cedentem Ephesum venisse existimant  
nonnulli

*Ex Caſtro  
in chro-  
no. cit. hoc  
anno.*

*Anno Christi XLIV. Deip. LVIII. Pauli et. XLIII.*

*Conuerſ. X. Claudij. II.*

*Ex Cor-  
nel. ſchre-  
notaxi  
et. ap. ſt.  
Ser. p. 3 n.  
36. Meta-  
ph. Jer. cit.  
Ser. cit. n.  
29.*

**P**aulus rapitur ad tertium cælum, vbi audit arcana, & in effa-  
bilia verba; vtq; alijs placet, etiam in transitu Deum ipsum  
videt. Petrus ex Baronij ſupputatione Antiochia Romam Cathed-  
ram transfert. quamuis alij, anno ſequenti reponant. In itinere  
fun-

fundatas Ecclesias reuifit, nouas instituit. Catinæ Beryllum constituit: Tauromini apud Paneratum diuertit ex Metaphraste, ibidem Maximum etiam consecrat; Paneratioq; successorum designat. Sed neq; Syracusanam, Rheginam, Messanenſemque Ecclesias præterisse credendus est Pastor omnium Ecclesiarum. Fames valida, & vniuersalis, & ab Agabo multo ante præuisa, & prædicta Orbem inuadit.

*Ut ex me-  
nais græc.  
refert Oſt.  
Caſt. apud  
Cornel. in  
Ac. c. 28.  
n. 11.*

*Anno Chriſti XLV. Deip. LIX. Pauli et. XLIV.  
Conuerſ. XI. Claudij III.*

**P**AULUS, & Barnabas ab Ecclesia Antiochena Ierofolymam mittuntur ad ferendam collectam fratribus fame laborantibus. Nec difficile est opinari Paulum, in illa quadriennali excursionem plures elemosynas sponte à populis nouiter conuerſis oblatas, in pauperum fidelium subsidium seposuisse, ex quibus facile potuit deinde indigentibus Ecclesijs subuenire. Regressi Ierofolyma Antiochiam iussu Spiritus Sancti in opus Euangelij segregantur solemnibus ritibus, & cerimonia, & per manuum impositionem. Non quod tunc Paulus fuerit in Sacerdotem, & Episcopum consecratus, cum id iam ante factum fuisse multis probauimus. Quare dicendum est, hanc ceremoniam fuisse veluti in facie Ecclesie, & solum deprecatiuam, etenim licet hæctenus Paulus promiscue, & ad Hebræos, & ad gentiles iuerit, nunc Iudæis relictis ob eorum duritiam à Spiritu Sancto, & Ecclesia destinatur cum Barnaba ad gentes. quod iisdem aliquando protestati sunt illis verbis Act. 13. *vobis oportebat primum loqui Verbum Dei: Sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad gentes: Sic enim præcipit nobis dominus.* Huc etiam spectat illa Hebraici nominis Sauli depositio, & Pauli nominis Romani acceptio, vt scilicet se totum ad gentium, maxime quæ sub Romano imperio erant, conuersionem conuersum ostenderet. de qua re anno sequenti.



*Anno Christi XLVI. Deipara LX, Pauli etatis XLV.  
Conuersioni XII. Claudij IV.*

**V**T opus, ad quod segregati, & auctorati, strenue explerent Paulus, & Barnabas Seleuciam, Cyprum, quæ erat Barnabi patria, Salaminam, Paphumq; excurrunt. Paphi obcæcato Elyma mago, qui euangelio oblittebat. Sergium Proconsulem; ad Christi castra traducunt. ex tanta victoria Paulus suum Proconsuli nomen dedit, an potius ab illo accepit, certant auctores. vero similis, quod ex Origine supra, & fule suo loco dedimus, Paulum binominem fuisse a circumcisions, & Saulum, siue Saul dictum, quia hebraeus genere, Paulum quia ciuitate Romanus, quare cum ex hoc tempore ingentium conuersionem, quæ maximæ Romano parebant imperio, se dedit, vt vel de nomine illis familiari in eorum gratiam se insinueret, seposito omnino priore, posterius nomen cœpit usurpare. Papho vna cum Barnaba discedit Pergen Pamphiliæ, inde Antiochiam Pisidiæ, vbi quodam die Sabathi ingressus Synagogam Paulus cum tanta efficacia dixit ad populum, vt coactus fuerit audientium rogatu. die sequenti iterum Verbum Dei prædicare, ex quo factum est, vt plurimi ad Christum conuerterentur. quid simile Messanæ in Sicilia accidisse habet antiqua eius Ecclesiæ traditio, qua asseritur biduanam concionem fecisse Paulum ad Messanenses, alteram de Christi mysterijs, alteram de Virgine Matre, ex qua concione Messanenses accensi ad fidem Christi suscipiendam, & ad eius parentem Virginem videndam, vt iam dictum est.

*Anno Christi XLVII. Deip. LXI. Pauli et. XLVI.  
Conuers. XIII. Claudij V.*

**P**Aulus Iconij diutius, annum saltem commoratur, vbi quamplures ex Iudæis, & gentibus Christo parit, inter hos Theclam, quæ vt inter viros Stephanus, sic ista inter foeminas protomartyr. de Paulo valde benemerita multa præclara, quæ de illa referuntur, tacet S. Lucas, quia non dum Pauli comes, nec præfens fuerit. hinc concitato ab Iudæis tumultu, & pene lapi-

*ex Baron.  
ad ann.  
Christi. 36*

*Orig. in  
profat. ep.  
ad Rom.  
Sera. cit.  
p. 1. n. 6.*

*Ex Sera.  
cit. p. 3. n.  
38.*

*par. 1. c. 3.*

*Sera. p. 3.  
n. 39. e 40.*

lapidibus obrutus in Lycaoniam Paulus confugit, inde Lystram, Derben omnemque istam regionem cursitat prædicando.

*Anno Christi XLVIII. Deip. LXII. Paul. et. XLVII.*

*Conuers. XIV. Claudij VI.*

**L**Ystræ Claudum solo verbo sanat Paulus. acclamatur à tur-  
bis Mercurius, vt Barnabas Iuppiter. sacra sibi offerre vo-  
lentibus resistit. Sed iterum hic a Iudæis lapidatus, cum magno  
vitæ discrimine pergit inde Derben, indeq; iter religens reuolit,  
confirmatq; fideles, qui erant Lystris, Iconij, Antiochiæ, Pisidiæ,  
mox constitutis in singulis. Ecclesijs Presbyteris per Pisidiam ve-  
nit in Pamphiliam, Pergen. post descendit in Attaliam (Italiam  
habet aliquis corruptus codex, in quem incidens Ioseph Bon-  
filius putauit, sed perperam, in hunc annum referre commodè  
posse primum aduentum Pauli in Siciliam) circa hunc annum  
reponit Deiparæ obitum Eusebius in chronico; alij in sequentem  
communior opinio auctorum multo potest.

*ex Baron.  
ad an. 48.*

*Anno Christi XLIX. Deip. LXIII. & LXIV.*

*Paul. et. XLVIII. & XLIX. Conuers. XV. & XVI.*

*Claudij VII. & VIII.*

**S**ic Paulo, & Barnabæ, quatuor in suscepta expeditione con-  
sumptis annis, Antiochiæ reuertendum fuit, vbi non modicum  
tempus demorati cum discipulis, vt ait Lucas cap. 14 quod  
totum biennium fuisse creditur.

*Anno Christi LI. Deip. LXV. Pauli et. L.*

*Conuers. XVII. Claudij IX.*

**C**irca hoc tempus, quo iussu Claudij Iudæi Roma ex-  
pulti, Petrum Ierosolymam redit. Paulus ad illum An-  
tiochia venit cum eodem suum Euangelium, quod iam per an-  
nos xvij prædicauerat, collaturus, vt idem scribit in epist. ad  
Galat. cap. 2. aliam fuisse hanc Ierosolymitanam profectionem

ab

ab illa, quam recenset S. Luc. Act. 15. existimat Hieronymus, & Chrysostomus, quia non eadem circumstantiæ. alij aliter. ut ve sit, non videtur ut certo statuendum tantum quater Paulum Ierosolymam a sua conuersione ascendisse, quod scilicet quater aperte id in SS. Scriptura habetur, ( id obiter noto, propterea quod aliquis ex hoc capite oppugnat Traditionem Ecclesiæ Messanensis referentem Legatos Messanæ vna cum Paulo Ierosolymam ad Deiparentem profectos, quod enucleatius suo loco discutitur. ) Acceptis Paulus à primo Apostolorum Concilio litteris Antiochiam reuertit, vbi seiunctus à Barnaba, iungitur Sylæ, cum quo pergit in Syriam, & Ciliciam confirmans vbiq; ecclesias. Intransitu Phrigiæ, & Galatiæ prohibetur à Spiritu Sancto loqui verbum in Asia. Post longa emensa itinera Philippis accusatus flagellatur, in carceremq; conijcitur, sed mox dimissus. Thessaloniæ per tria Sabatha docens conuertit innumeram gentilium multitudinem, & mulieres nobiles non paucas. Iudæis de more semper contradicentibus, quare noctu asportandus fuit Berocam, inde Athenas venit. Discat hinc lector efficaciam Pauli in prædicando, ut sciat facile respondere Aristarcho obijcienti pro magno argumento, non videri sibi probabile ad duas Pauli conciones Messanenses statim manus Christo dedisse. maxime si addat iam præparatos Messanensium animos ex fama signorum, & potentorum Pauli per totam Græciam. vnde in Traditione illius Ecclesiæ dicitur, quod illum Messanenses aduegarunt Rhegio cum magna deuotione. Hoc item tempore, quod monet Irenæus, videtur Lucas ab Ecclesijs additus in comitem Paulo, quippe ex hoc tempore, quod nunquam antea Lucas de se loquitur in prima persona præterea hinc incipit esse valde minutus, & solus in describendis locis, personis, temporibusque peregrinationis Pauli Romam vsque. Quare, qui non ante hoc tempus statuunt Pauli primum aduentum in Siciliam, eiusq; reuersionem cum legatis Messanensium Ierosolymam, non ita facile Lucæ silentio respondere possunt, quemadmodum nos qui multo ante illum statnimus.

apud Ser.  
p. 3. n. 48.



Anno

*Anno Christi LII. Deip. LXVI. Paul. et. LI,  
Conuers. XVIII. Claudij X.*

**P**aulus Athenis prædicat. Areopagitam Dionysium. Christo conuertit cum multis alijs. Corinthum proficiscitur, ibique magnum fit animarum lucrum, inter alios Principem Synagogæ Crispum, ad fidem adducit, ibidem diutius consistit diuino monitu, ex quo loco scribit priorem Epistolam ad Thessalonicenses.

*Anno Christi LIII. Deip. LXVII Paul. et. LII,  
Conuers. XIX. Claudij XI.*

**C**orinthi alterum annum explet, vbi & posteriorem Epistolam scribit ad Thessalonicenses. Iudæis infensus ad Gallionis Iudicis, (is erat frater Senecæ philosophi, ex Cornel.) tribunal rapitur, ab iudice repressi Iudæi, qui contra Sostenem Archisynagogum tumultuabant, quod Paulo faueret. iram vertunt in Paulum, quem verberatum cum Sostene scribit Chrysostomus.

*Anno Christi LIV. Deip. LXVIII. Paul. et. LIII.  
Conuers. XX. Claudij XII.*

**C**orintho nauigat in Syriam per mare Icarium, appellit Ephesum, vbi paulisper demoratus soluit Cæsaream, inde Ierosolymam, mox Antiochiam quintum reuertitur, indeq; perambulat Galatiæ, Phrygiæq; regiones confirmans in fide, quos fide genuerat. Ephesum denique deuenit, totam hanc susceptam peregrinationem quadriennio absoluit, hoc est.



*Anno*

Anno Christi LV. LVI. LVII. Deip. LXIX. LXX. LXXI.

Paul. ec. LIV. LV. LVI. Conuers. XXI. XXII. XXIII.

Claudij XIII solito, XIV incepto, & postremo

Neronis I.

Claud.  
Imp. mori  
tur die 13  
Ottob. an.  
Christi. 56

Ex act. ca.  
19. & 20.

Serap. p. 3.  
n. 49. vsq;  
ad 53.

Cornelius  
ad an. 55.

**E**phesi Paulus residet, uti iam promiserat, per multum tempus, videlicet totum biennium, cum tribus mensibus. ibidem bestijs, ut ipse scribit 1. cor. 15. obiectus cum illis depugnans. hoc est Tertulliano, & Chrysostomo interpretibus, ab hominibus efferis, & belluinis cogitur grauia perpeti more suo bene agendo, mala patiendo. Eximia, mirandaque patrat, sua cognoscens experientia sic diuinum de tribulatione percepisse, auxilium. Nam plurimos ad Christi fidem conuertit ex gentilibus, à fide, aut pietate deficientes ad peccatorum confessionem reducit, plerique etiam magicos libros conferentes igni dabant. Epheso Romam cogitat; verum prius Ecclesias Acaiae, & Macedoniae inuisit, ante discessum priorem ad Corinthios Epistolam scribit. Deinde per Aegaeum, perque Cycladas insulas ad nauigans, Cretam peruenit, ubi Titum Episcopum praeficit.

Anno Christi LVIII. Deip. LXXII. Paul. ec. LVII.

Conuers. XXIV. Neronis II.

Serap. par.  
3. d. nu. 54.  
ad 6. Cornel.  
ad huc  
annum.

**I**N hunc annum videntur congerenda, quae Paulo accidere, siue itinera, siue pericula, siue vincula, quaeque à Luca describuntur à cap. 20. & deinceps vsq; ad 28. quando ad Caesarem missus est ligatus. Romamque dum nauigat naufragium facit diabolo, ut ait Chrysostomus, tempestatem commouente, seq; vento typhonico immiscente. Sed Dei Angelo salutem, incolumitatemque pollicente, saluus incolumisque cum Socijs in Melitam Insulam deportatur. Hic annus vitae Deiparae postremus Epiphanio, Glyca, Cedreno, & alijs. estque communior sententia Auctorum. Eius Dormitioni Paulum quoque cum alijs Apostolis adfuisse miraculo, e custodia Centurionis per illud spatium e ductum, arbitrantur nonnulli.

Anno

*Anno Christi LIX. Deip. LXXIII. Paul. et. LVIII.  
Conuers. XXV. Neronis III.*

**E** Melita, alijs vere appetente, alijs adulto sub initium mensis Maij, (vbi per tres menses Pauli Nauis constiterat: & multis æditis miraculis, sed multo magis fide nobilem eam Insulam reddiderat, maxime conuersione Principis Insulæ Publij, quem eidem in Episcopum præfuisse traditur) Romam soluit, sed alia in naui Alexandrina, cui Castorum insigne erat, perq; interiorem Siciliam nauigans Syracusas deuehitur: vbi triduo moram facit. an eo breui spatio per oras Pachini promontorij, perquæ alia loca Orientalis Siciliæ prædicauerit, vt est communis, & vetus traditio, valde dubito; commodiusq; hæc in aliud tempus putauerim referenda, vel scilicet multo ante cum prima vice in Siciliam liber, prædicansq; deuenit, vel multo post cum vinculis solutus Orientem repetijt. non tamen ambigendum illo triduo, quæ erat Centurionis humanitas, & cum Episcopo Vrbs Martiano, alijsq; fidelibus communicasse, ibidemq; prædicasse. Syracusis discedens, circumlegensq; Insulam, Rhegium deuenit, qua in Vrbe, si non potius quinto ab Vrbe lapide, vbi sinus commodus est recipiendis nauibus, subsidit per vnum diem. altera die flante Austro, qui validus esse oportuit, (quod non otiose appositum à Sacro Scriptoræ) Rhegio Puteolos peruenit, distant autem Puteoli Rhegio ad quadringenta passuum millia. Videtur autem fuisse olim fuenta nauigatio venientibus ex Oriente Romam, vt ex Græcia in Melitam, ex Melita in Siciliam, ex Sicilia per Rhegium, & Puteolos Romam contenderent. Lege Antoninum in suo Itinerario. Suetonium in Tito, & quod habetur in hum. Diui Chrysofomi de postremo aduentu Pauli ab Oriente Romam, quam suo loco dedimus, omnino conuenit cum hoc itinere, quod describit S. Luc. cap. 28. Actorum, vnde erroris ansa data alijs dicentibus cum vulgo hoc in itinere Paulum Messanam primum venisse: alijs contradicendi Messanensis Ecclesiæ Traditionem, vtriusque falsitatis, & leuitatis conuicti suo loco. Romam Paulus ingreditur die 6. Iulij, vt scribunt Beda, A do,

*Cornel. in  
act. c. 28.  
num. 9.*

*De qua  
re vide  
eund. Cor  
nel. cit. n.  
II.  
Alios au-  
ctores re-  
ferentem.*

*Lib. 1. c. 6.*

*Ex Cor-  
nel. facta  
c. 28. n. 16.*

B b

Vsuar-

Vfuardus , ante existimat Cardin. Baron. Lorin. & alj. Præfetto reorum traditur, incuius conspectu gratiam inueniens non in publico carcere, sed priuata in domo esse permittitur catena circumligatus, & cum milite custode. Sed Verbum Dei non fuit alligatum.

*Anno Christi LX. & LXI. Deip. LXXIV. & LXXV.  
Paul. et. LIX. & LX. Conuers. XXVI. & XXVII.  
Neron. IV. & V.*

**R**omæ Paulus manens in suo hospicio a se conducto per biennium assistente semper milite custode suscipiebat omnes, qui ad illum veniebant ad audiendum Verbum Dei, illisque prædicabat Christum cum omni fiducia, sineq; vlla contradictione, vt ait Lucas. Plures etiam de domo Cæsaris ad fidem fuisse traductos illius prædicatione traditur. Cum Seneca Neronis præceptore consuetudinem habuisse saltem per litteras sunt qui affirmant; nec dissentit L. Dexter in chron nec Hieronymus de script. Ecclesiast. an is Christi Euangelio, vt mores sic manus dederit, alij aiunt, alij negant. vtrumque incertum. illud certum, quod de se idem Seneca fatetur ad amicum Lucillum Epist. 102. Se nimirum quædam inaudiuisse de quadam futura beatitudine ( quis scit an à Paulo cum in vinculis esset? an ab alio eius discipulo? ) quæ tamen licet ille pro bello somnio habebat, eorumque contemplatione valde rapiscebatur *da-bam me*, inquit ille, *spei tanta: iam eram fastidio mibi: iam reliquias ætatis in fracta contemnebam, in immersum illud tempus, & in possessionem omnis æui transiturus, cum subito experrectus sum Epistola tua accepta, & tam somnum bellum perdedi: quod repetam, si te dimisero, & redimam.* E vinculis scribit Paulus ad Colossenses, ad Philemonem, ad Hebræos.



*Anno Cbristi LXII. LXIII. LXIV. LXV. LXVI. LXVII.*

*Deiparæ. LXXVI. LXXVII. LXXXIII. LXXIX. LXXX.  
LXXXI.*

*Pauli ætatis. LXI. LXII. LXIII. LXIV. LXV. LXVI.*

*Eius Conuersionis. XXVIII. XXIX. XXX. XXXI. XXXII.  
XXXIII.*

*Neronis VI. VII. VIII. IX. X. XI.*

**E**Xacto in vinculis biennio, Paulus liber dimittitur, tum per sexennium, & amplius excurrit per Hispaniam, quam semper in animo habuit, vt colligitur ex Epistola ad Com. inde in Galliam aliasque loginquas regiones, vt habetur ex historia, & traditione earum Ecclesiarum. Iterum redit in Italiam, & recta qua venerat via, in Orientem reuertitur. Sunt qui existiment Paulum e vinculis statim Orientem repetisse, deinde regiones occidentales peragrasse. primum probabilius ex Chrysostomo, Metaphraste, & Theophilacto. Qui traditionem Messanensis Ecclesiæ de primo aduentu Pauli Messanam in hoc reditu post vincula reponunt, in multas incidunt difficultates, præsertim coguntur Deiparæ ætatem producere supra lxxvi. annum. Nos tamen, vt statuimus primum Pauli aduentum in Siciliam ad annum Christi xli. vel xlij. ita non negamus in hac orientali reuersione fundatam iam à se Ecclesiam Messanensem, & Reheginam, vt alias, reuississe, ex navigationis oportunitate, & Pauli munere, consuetudineque reuissendi fundatas à se Ecclesias. Imò in reuersione postrema ab oriente Romam conuincitur tertium Messanam venisse Paulum, ex M. S. codice Græco, qui sub nomine D. Chrysostomi prostat. vt dicitur infra.



*Anno Chriſti LXVIII. Deiparæ LXXXII.*

*Pauli ætatis LXVII. Conuerſionis XXXIV.*

*Neronis XII.*

*ex Ser. par.  
4. num. 66.*

**S**Vb hoc tempus varijs orbis partibus, per ſeptennium peragratis, reuiſiſq; Orientis Eccleſijs, diuino afflato inſtinctu Petrus ab occidente, Paulus ab Oriente Romam reuertunt, Romanamque Eccleſiam partim à Neronis ſæuitia iam ex Achaia reuerſi, partim à Simonis Magi præſtigijs periclitantem ſuffulturi. Ambo igitur quam Eccleſiam communi labore fundauerant, pari conſtantia ſuſtentant, atque amplificant magna fidelium acceſſione. Simoni mago vterque reſiſtit, quo tamen ad eorum præces extincto in mamertinum carcerẽ detruduntur octobri menſe huius anni. ex hoc carcere ſcribit Paulus alteram Epiſtolam ad Timotheum. in eoq; fere per octo menſes detinentur, nec inde educti niſi ad necem. Porro hic poſtremus Pauli aduentus ab Oriente Romam habetur cum multis locorum, rerumque circumſtantijs deſcriptus in quadam homelia, cui titulus Acta Apoſtolorum Petri, & Pauli, & ſub nomine Sancti Ioannis Chryſoſtomi, inter eius homelias in Acta Apoſtolorum M. SS. recenſetur, quam dedimus lib. 1. cap. 6. in ea habetur eo in itinere Paulum fuiſſe Melitæ, deinde Syracuſis, deinde Regij Rheg. & Meſſanam veniſſe, Epiſcopum Barchirium ibi conſecraſſe. Demum Meſſana Romam perueniſſe, vt intelligatur valde vſitatam eam viam venientibus ab Oriente in Italiam.

*Anno Chriſti LXIX. Deiparæ LXXXIII.*

*Pauli ætatis LXVIII. Conuerſionis XXXV.*

*Neronis XIII.*

**H**Oc eodem anno, eodemque die ſcilicet xxix. Iunij eadem in Vrbe, ſed non eodem loco, nec eodem ſuplicij genere Petrus, & Paulus, vt inuita dilexerunt ſe, ita & in morte non ſunt ſeparati. Petrus in Vaticano cruci affigitur. Paulus, quia ciuis Romanus, ad aquas ſalvias caput abſcinditur. Ex cæſa Pauli ceruice lac manat, caput IESV nomen ingeminans tribus

bus saltibus tres elicit fontes, unde loco nomen trium fontium. Causa necis Pauli à varijs varie traditur. Alij eandem fuisse ac Petri, nempe Casum Simonis Magi. alij, quod Neronis Piacernam illi carissimum ad fidem Christi conuertisset. alij aiunt propter castitatem, quod valde dilectam Imperatoris Pellicem ad Christianam frugem à nefanda libidine reuocasset. Potuerunt hæc omnia simul esse in causa. Sed de Pauli gestis, & peregrinationibus pro re nostra dictum satis superque: nec existimo sine aliquo opere pretio ad nostram tractationem.

F I N I S.



... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..  
... ..

... ..

COMMEMORATIO  
IN FESTO EPISTOLAE  
B. MARIAE VIRGINIS  
ADMESSANENSES.

*Quod magna pietate celebratur Messane die III. Iunij.*

Ex concessione SS. Rituum Congregationis  
cum Indulg. plen.

*Antiphona.*

**S**Vb tuum Præsidium confugimus Sancta Dei Genitrix Ad-  
uocata nostra. Refugium nostrum, Gloria nostra. De cu-  
ius Patrocinio, & Benedictione gloriamur. Cuius perpetuæ Pro-  
tectionis pignus accepimus. Cuius Misericordiã suppliciter implo-  
ramus: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus: sed  
à periculis cunctis libera nos semper Virgo Gloriosa, & Benedicta.

✠. Ora pro nobis S. MARIA Aduocata Populi Messanensis.

✠. Ut digni efficiamur Benedictione tua, & Promissionibus  
Christi.

ORATIO.

**D**Efende, quæsumus Domine, Beata M A R I A semper  
Virgine intercedente istã ab omni aduersitate Ciuitatem,  
quam Pauli Apostoli prædicatione mediãte viam veritatis agno-  
scere: Beati Petri auctoritate in Fide confirmare: Eiusdemque  
Genitricis Filij Tui Benedictione, & perpetua Protectione mu-  
nire voluisti. Et toto Tibi corde prostratam, ab Hostium propi-  
tius tuere clementer insidijs.

Per eundem Christum Dominum nostrum.

Qui Tecum viuit, & regnat. Amen.

✠. Dominus Vobiscum. ✠. Et cum Spiritu tuo.

✠. Benedicamus Domino, & Dominæ.

✠. Deo Gratias, & M A R I A E.

Et Fidelium animæ per misericordiam Dei Filij, & Intercessionem  
Virginis Matris requiescant in Pace.

Amen.

THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

REPORT OF THE

COMMISSION ON THE

STATUS OF THE

PHYSICS DEPARTMENT

AT THE UNIVERSITY OF CHICAGO

FOR THE YEAR 1961-1962

PREPARED BY THE

COMMISSION ON THE

STATUS OF THE

PHYSICS DEPARTMENT

AT THE UNIVERSITY OF CHICAGO

FOR THE YEAR 1961-1962

PREPARED BY THE

COMMISSION ON THE

STATUS OF THE

PHYSICS DEPARTMENT

AT THE UNIVERSITY OF CHICAGO

FOR THE YEAR 1961-1962

PREPARED BY THE





Acheté en 1848, de Méquignon Jumeau, à Paris — 10 = 25



